This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

5293.24.5

Bound

NOV 13 1906

Harvard College Library

FROM

The University
by
Exchange

De Sermone Ennodiano

Hieronymi Sermone in Comparationem Adhibito

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QUAM

PHILOSOPHORUM ORDINI

IN

UNIVERSITATE AMERICAE CATHOLICA

OBLATAM

EX PARTE REQUISITAM

AD GRADUM IN PHILOSOPHIA DOCTORIS

CAPESSENDUM

SCRIPSIT

JACOBUS J. TRAHEY, C. S. C.

NOSTRAE DOMINAE, INDIANA
TYPIS UNIVERSITATIS
1904.

~~11235~~
5293.245
1202-41
HARVARD COLLEGE
APR 23 1906
LIBRARY.

**From the University
by exchange.**

DIC . 1125

DE SERMONE ENNODIANO

DISSERTATIO PHILOLOGICA

AUCTORE

JACOBO J. TRAHEY, C. S. C.

NOSTRAE DOMINAE, INDIANA, U. S. A.
TYPIS UNIVERSITATIS
1904

JACOBO J. BURNS, C. S. C.

SACRUM.

SCRIPTORES INTERROGATI.

AMERICAN CATHOLIC QUARTERLY, Philadelphia, vol. 26.

AMERICAN JOURNAL OF PHILOLOGY, Baltimore, vol IX. et X.

AMPére, J. J.—Histoire Littéraire avant Charlemagne, 2 vol., Paris, 1867.

Archiv Fuer Lateinische Lexikographie und Grammatik, 12 vol. Woelfflin ed., Leipzig, 1884-1902.

BALLERINII.—Disquisitiones de antiq. collection. et collector. Canon. (Migne P. L. 56.)

BARONIUS.—Annales Ecclesiastici, vol. 9, Barri-Ducis, 1867.

BAYARD, L.—Le Latin de Saint Cyprien, Paris, 1902.

BONNET, MAX.—Le Latin de Grégoire De Tours, Paris, 1890.

BRUGMANN, K.—Grundriss der Vergleichenden Sprachwissenschaft, Baende II. I. et II. 2. I. Strassburg, 1889.

CANGE, DU.—Glossarium ad Scriptores Mediae et Infimae Latinitatis, 10. vol. Mórt, 1883-1887.

CEILLIER, REMY—Histoire Des Auteurs Sacrés, vol. 10, Paris, 1861.

COOPER, F. T.—Word Formation In the Roman Sermo Plebeius, New York, 1895.

EBERT, ADOLF—Allgemeine Geschichte der Lit. des Mittelalters, Leipzig, 1889, vol. I.

FERTIG, M.—Ennodius und seine Zeit, 3 Programm., Passau, 1855, Landshut, 1858-1860.

FORCELLINI DE-VIT.—Lexicon Totius Latinitatis, 6 Tom., Prati, 1853-1875.

GOELZER, H.—Latinité De Saint Jérôme, Paris, 1884.

HANDIUS, F.—Tursellinus, Lipsiae, 1820, vol. I.

HARTEL, G.—Magni Felicis Ennodii Opera Omnia Recens. apud Corpus Script. Eccles. tom. VI. Vindobonae, 1882.

HINSCHIUS, P.—Decretales Pseudo-Isidorianae, Lipsiae, 1863.

HESYCHIUS—Lexicon vol. II. Lugduni Batav., 1746.

KREBS-SCHMALZ.—Antibarbarus Der Lateinischen Sprache, 2 vol. Basel, 1886-1888.

KUEHNER, R.—Ausfuehrliche Grammatik der Lateinischen Sprache, vol. I. Hanover, 1877.

LATIN DICTIONARY (Harper) New York, 1895.

LINDSAY, W. M.—The Latin Language, Oxford, 1894.

LORENTZ.—Einleitung zum Pseudolus, Ausgewaehlte Komoedien des Plautus, Berlin, 1883.

NETTLESHIP, H.—Contributions to Latin Lexicography, Oxford, 1889.

NEUE, F.—Formenlehre der Lateinischen Sprache, Berlin, 1892.

NORDEN, E.—Die Antike Kunstprosa, Leipzig, 1898.

PAUCKER, C.—Meletem; Lexist. Specimen, Dorpati, 1875.

—Supplementum Lex. Latin., Berolini. 1883-1885.

—Subrelict. Lexicog. Lat. Scrutarium, Revaliae, 1879.

—De Latin. B. Hieronymi, Berolini, 1880.

QUICHERAT, L.—Addenda Lex. Lat., Parisiis, 1862.

RETKE, A.—Patrologiae Compendium, Varsaviae, 1889.

ROSWEYD.—Vitae Patrum: Onomasticon, Antverpiae, 1628.

THESAURUS LINGUAE LATINAE, Lipsiae, 1900-1903.

VOGEL, F.—Magni Felicis Ennodi Opera recens. apud Monumenta Germaniae Historica, Berolini, 1885.

ZEITSCHRIFT FUER VERGLEICHENDE SPRACHFORSCHUNG, ed. Kuhn (A.), Berlin, B. II., X., XX., 1853, 1861, 1872.

PRAEFATIO.[1]

Mihi quidem exponere volenti quam usque ad aetatem Litterae Romanae apud posteros reipsa devenerint, videtur, hoc ipsum effici posse comparationem Ennodium inter et Hieronymum ad nominum verborumque usum pertinentem instituendo. Ennodium equidem et Hieronymum adhibeo, quippe qui optime sermonis indolem tempore quo scripserunt, effingant. Primum igitur si utriusque scriptoris spectetur syntaxis, nihil aut non fere multum inter se differunt. Si autem ex una parte de scribendi genere agatur, Hieronymus omnino peritus fuit qui Ennodio multo elegantius latine scriberet: at vero ex altera parte si de nominum verborumque usu quaeratur, Ennodius Hieronymo multo propius ad genus optimorum scriptorum accedit. Namque vero, ut Vogeli verba nostra faciamus:[2] "Denn so sehr er (sc. Ennodius) auch in Geschmachlosigkeit schwelgt, mit der Grammatik sucht er doch auf friedlichem Fusse zu stehen." Ad rem etiam verba Ampére:[3] "En général, à cette époque, la langue, surtout la prose, devient difficile à entendre: déjà on

[1] Modo recepi opus inscriptum: La Latinité D'Ennodius par Augustin Dubois (Paris, Klincksieck, 1903).—cf. Appendicem.

[2] cf. Fr. Vogel ap. Woelfflini Archiv. fuer Lat. Lexicogr. I. p. 268.

[3] cf. Ampére, Hist. Litt. tom. sec. cap. VII. p. 198.

peut remarquer que la prose d'Avitus est beaucoup moins facile que ses vers. La langue rustique commence à être employée plus généralement : la langue écrite, jalouse de se séparer de cette soeur naturelle, qu'elle renie, et craignant toujours d'avoir avec elle quelque ressemblance qui la déshonorerait à ses propres yeux, s'efforce de s'en distinguer, au risque de perdre toute simplicité et toute clarté.'' Cum ergo de iis qui Ennodi tempore latine scripserint, loquamur, sermonem[1] inter et scribendi genus [2] est distinguendum. Illud enim semper, hoc vero raro in scriptoris erat arbitrio. Ex quo sequitur ut Ennodius, si agatur de nominibus et verbis recte adhibendis, non nunquam Hieronymo ad usum optimorum scriptorum propius accedat.

Cum igitur res ita se habeat, in errore versatur Mackailius, qui statuit :[3] ''The year 405, which witnessed its (the Vulgate of Jerome) publication and that of the last of the poems of Claudian to which we can assign a certain date, may claim to be held, if any definite point is to be fixed, as marking the end of the ancient and the complete establishment of mediaeval Latin.'' Recte autem Ampére, cum sententiam de Ennodio profert :[4] ''Ce qui frappe, en parcourant les œuvres de cet homme qui a joué un rôle important à la tête d'une des grandes Églises de son temps, c'est de trouver à chaque page, dans sa

---

[1] Anglice diction.

[2] Anglice style.

[3] cf. J. W. Mackail, Latin Literature, New York, (1899), pp. 278, 279.

[4] cf. Ampére, Hist. Litt. tom. sec. ch. VII. p. 196.

prose et dans ses vers, la langue et l'imagination du paganisme. Ses lettres, ainsi que quelques autres lettres de Saints évêques du temps, montrent d'une manière bien frappante à quel point, même après l'arrivée des Barbares, pendant tout le cinquième siècle, l'ancienne littérature profane était encore vivante au sein de la Gaule."

Quae cum ita sint, cumque Henricus Goelzer de Hieronymi latinitate accuratissime copioseque disseruerit, ad rem meo iudicio pertinet ut haec comparatio Ennodium inter et Hieronymum instituatur; quo facilius intellegi possit Linguam Latinam apud scriptores ecclesiasticos, volventibus saeculis, minime semper pro ratione temporis in peius esse mutatam.

Iamiam restat ut praeceptorum, qui me per quattuor annos doctrina atque consilio adiuverunt, mentionem faciam. Imprimis igitur Dr. J. D. Maguire et Dr. G. M. Bolling gratias ago quam maximas, necnon Dr. J. Shahan et Dr. H. Hyvernat, quorum bibliothecae mihi semper patebant.

Washingtonii, Mens. Novembr. 1903.

PROOEMIUM.

DE VITA ET SCRIPTIS ENNODI.

Magnus Felix Ennodius Arelatensibus parentibus in Gallia oriundus,[1] consularis generis proles,[2] anno 473 natus est, ut satis constat ex opusculo eius Eucharistico, ubi legitur:[3] "tempore quo Italiam optatissimus Theoderici regis resuscitavit ingressus, . . . ego annorum ferme sedecim amitae, quae me aluerat, ea tempestate solacio privatus sum." Cum vero Theodericus Italiam aestate anni 489 ingressus sit, Ennodium anno 473 natum esse a nonnullis pro certo habetur.[4] Si autem, Vogeli iudicio,[5] verba supra citata paulo attentius spectentur, Ennodium apparebit annum 490 in mente habuisse, ac proinde anno "474 natum esse cum maiore veri similitudine affirmari" posse nemo est quin intellegat. Verba quidem Vogeli "maiore veri similitudine" notanda sunt; statim enim ab ipso conceditur, "utrum anno 473 an 474 natus sit in suspenso reli-

[1] cf. Fr. Vogel, Edit. Ennod., praefat. pp. II. et III.

[2] cf. Id. ibid. p. III.—cf. Dr. M. Fertig, Magnus Felix Ennodius und seine Zeit, Passau, 1855, I. Abth. p. 5.

[3] cf. Ennod. ed. Vogel, p. 303, 5 sq.

[4] cf. Teuffel, Geschichte Der Roemischen Literatur, Leipzig, 1890, 479, I.—cf. Fertig, op. cit. I. abth. p. 4—cf. Ceillier, Histoire des Auteurs Sacrés, Paris, 1861, vol. 10 p. 569.

[5] cf. Vogel, Edit. Ennod., praefat. p II.

quimus, quia ceteris locis, ubi de aetate sua verba fecit, tam ambiguis usus est, ut inde nihil certe concludi possit.'' Omnes quidem conveniunt Ennodium Ticini anno 521 e vita excessisse eodemque loco sub d. XVI. Kal. Aug. depositum esse.''[1]

Sed praeter hoc testimonium de sua aetate Ennodius in eodem Eucharistico et aliud testimonium de matrimonio suo nobis suppeditat: ''ego annorum ferme sedecim amitae, quae me aluerat, solacio privatus sum. remansi solus, inops re et consilio destitutus . . . poposci in matrimonium cuiusdam nobilissimae parvulam filiolam, protinus . . . exceptus . . . ut alimentis affluerem . . . ex mendico in regem mutatus.''[2] Si vero sententiam Vogeli de hoc loco perspectam habeamus, sponsalia tantum non nuptias fecit Ennodius.[3] Quae quidem sententia nobis quoque magis adprobata videtur, utpote quae optime Ennodiani sermonis indolem prae se ferat. Ex verbis autem[4] ''quae mecum habuit parilitatem'' in fine eiusdem operis inventis Ennodium aliquantum saltem temporis matrimonio usum esse annuitur. Vogelius contra recte argumentatur:[5] ''auxilio Bruxellensis codicis nunc demum res involuta explicari potest: scripsit enim Ennodius, ''illa quae mecum matri-

---

[1] cf. Vogel, Edit. Ennod., praefat. p. XXVIII.—cf. Id. Ibid. p. LVIII. ubi Ennodi Epitaph, citatur.—cf. Fertig, op. cit. I. abth. p. 4—cf. Teuffel, Gesch. d. roem. Lit. 479.

[2] cf. Ennod. ed. Vogel, p. 303, 8 sq.

[3] cf. Vogel, Edit. Ennod. praefat. p. VI.

[4] cf. Ennod. ed. Vogel, p. 304, 2 sq.

[5] cf. Vogel, Edit. Ennod., praefat. p. VI.

monii habuit parilitate subiugari," i. e. (ut cum permulta latinitatis corruptae exempla - Roensch, Itala p. 447 — docent, tum illud[1] Ennodi ipsius p. 58, 29, "qualis habuit effici") illa quae mecum matrimonii parilitate subiugari in animo habuit (= ἔμελλε): fuit nuptura, non nupta. Ergo Ennodius sponsam suam nunquam matrimonio sibi iunxerat."

Quae cum ita sint, Ennodius, divitiis casu amissis, brevi tempore ex rege iterum[2] in mendicum mutatus est, atque, sponsa relicta,[3] circiter annum 493 clericus ab Epiphanio Antistite Ticinensi factus est; quo autem mortuo Ennodius (inter annos 496 et 499) Ecclesiae Mediolanensi adscriptus, ibidemque diaconii munus usque ad annum 513 fideliter explevit. Interim ad presbyteratus officium evectus, Episcopus demum Ticinensis anno 514 consecratus est. Bis quidem anno nempe 515 et iterum 517 fuit praeses legationis ab Hormisda pontifice Constantinopolim missae. Ticini denique obiit, ibique est sepultus XVI. Kal. Aug. ann. 521.[4]

Ennodium quidem versatum esse in litteris Latinis multis ex locis apud opera eius deprehendi potest. Quare si agatur de discipulis admonendis eisque

---

[1] cf. Ph. Thielmann apud Woelfflini Archiv. fuer Latein. Lexicogr. II. p. 194, sq.

[2] cf. Vogel, Edit. Ennod., praefat. p. VI.—cf. Teuffel, Gesch. d. roem. Lit. 479, I.

[3] Quae quidem sua sponte in monasterium secessit, ut liquet ex Ennodi ipsissimis verbis (cf. Ennod. ed. Vog. p. 304, 6): "illa pretiosae vigore constantiae mala carnis vota perdomuit et effectiosam servavit pudicitiam non coactam."

[4] cf. Vog., Edit. Ennod., praefat. p. XXVIII.—cf. Teuffel, Gesch. d. roem. Lit. 479, I.

urgendis ut diligentius in studium litterarum Latinarum incumbant, sic indicantur et describuntur eloquentiae dictionisque magistri:[1] "Tulliani profunditas gurgitis, Crispi proprietas, Maronis eloquentia." Et alio in loco[2] semel iterumque discipulum hortatur ut "lectioni devotus" insistat quo maturius eloquentiae fructum carpat, statimque his verbis increpat: "pulchra sunt quae scribis, sed ego amo plus fortia: redemita sunt floribus sed poma plus diligo."[3] Imo vero pro culpa censet si quis de bonis artibus neglegenter se gerere videatur:[4] "nihil est bonarum artium, quod nescire sine neglegentiae culpa possitis." Et alibi quidem propter propriam dicendi mediocritatem veniam postulat: "Et nedum in me ad florem venerit natura facundia, et pressus onere gratiae solvendi deserar facultate, committo tamen cymbam tenuem placido mari."[5] Iamvero una in epistula Sallustius Crispus ter citatur atque semel etiam nominatim. Ennodius insuper eadem in epistula sententias Sallusti suas facere videtur easque ut argumenta adhibere quibus sua ad sororem consilia corroborentur:[6] "Rerum omnium cursus obsequiis corporis, animarum constat imperio: aliud nobilitat caelestis adfinitas, aliud abiectio terrena summittit."

---

[1] cf. Ennod. Ed. Vog. p. 24, 19 sq.—cf. Id. ibid. p. 53, 13; 313, 10; 25, 21.

[2] cf. Ennod. ed. Vog. p. 20, 33.

[3] cf. Ennod. ed. Vog. p. 20, 35 sq.

[4] cf. Ennod. ed. Vog. p. 21, 12.

[5] cf. Ennod. ed. Vog. p. 39, 12 sq.

[6] cf. Ennod. ed. Vog. p. 216, 2 sq.

—cf. Sall. Cat. I. Iterum:[1] "Hinc Crispus adseruit aliud nobis cum dis, aliud cum beluis esse commune." — cf. Sall. Cat. 1. 2. Atque iterum:[2] "Et dum inter nos unum velle et unum nolle constiterit." — cf. Sall. Cat. 20, 4. Denique in opusculo Libellus pro Synodo inscripto loca Tulliana in medium saepissime proferuntur.[3]

Ennodius autem non solum Ciceronis, Sallusti et Vergili operibus se assidue dedisse, sed etiam in studium Horati, Ovidi, Lucani, Iuvenalis, Symmachi, Claudiani, Ausoni, Sidoni, Seduli, aliorumque scriptorum incubuisse videtur.[4] Bene igitur animadvertit Norden:[5] "Ennodius, der ebenfalls grosses Gewicht auf die Lektuere legt (fluxit sermo non absonus, lectionis tamen opibus ampliandus schreibt er seinem Neffen ep. VI. 23,) hat von Cicero gelesen sicher die Buecher De Oratore und einige Reden (in Pis., pro Cluent. cf. Hartels Index und die Testimonia p. 46, 290, 291, sowie den Anfang der dictio 2 p. 430 Credo ego vos, fratres carissimi, venerari etc. nach Cic. pro Rosc. A. I. Credo ego vos, iudices, mirari, sowie ep. II. 6 in p. 46 quousque tantum licebit abstinentiae? quousque fama nobilis . . . veterescet? nach in Catil. I. I." Sed ad opera ipsa transeamus.

---

[1] cf. Ennod. ed. Vog. p. 216, 5 sq.

[2] cf. Ennod. ed. Vog. p. 216, 20 sq.

[3] cf. Ennod. ed. Vog. p. 49, 11 sq. (Cic. de Or. I. 24, 112); cf. Id. ibid. p. 58, 11 (Cic. pro Cael. 3, 6); cf. Id. ibid. p. 50, 17-20 (Cic. pro Cluent. c. 57, et Brut. 242); cf. Id. ibid. p. 51, 22 (Cic. pro Cael. 9, 22.)

[4] cf. Vog. Edit. Ennod. pp. 332, 333.

[5] cf. E. Norden, Die Antike Kunstprosa, Leipzig, 1898, II. p. 641. 2.

SERMONE PEDESTRI OPERA OMNIA QUAE SUPERSUNT.[1]

I.

EPISTULARUM LIBRI VIIII.

II.

OPUSCULA MISCELLA :

Panegyricus Theoderico regi dictus.
Libellus Apologeticus pro Synodo.
Vita Epiphani Episcopi Ticinensis.
Vita Antoni Monachi Lirinensis.
(Eucharisticum de vita sua)—Confessio.
(Paraensis)—Concinnatio didascalica Ambrosio et Beato.
Praeceptum quando iussi sunt omnes episcopi cellulanos habere.
Petitorium quo absolutus est Gerontius.
Benedictio Cerei I.
Benedictio Cerei II.

III.

DICTIONES.

A. SACRAE.

In natale Laurenti Mediolanensis episcopi.
In dedicatione basilicae apostolorum, missa Honorato episcopo Novariensi.
Dictio data Stephanio v. s. vicario dicenda Maximo episcopo.
In dedicatione, missa Maximo episcopo.
Dictio incipientis episcopi.

---

[1] cf. Vog. Edit. Ennod. pp. 329, 330.

(De haeresi ecclesiarum orientalium).

B. SCHOLASTICAE.

In dedicatione auditorii, quando ad forum translatio facta est.

Praefatio dicta Lupicino quando in auditorio traditus est Deuterio.

Praefatio quando Arator auditorium ingressus est.

Gratiarum actio grammatico, quando Parthenius bene recitavit.

Dictio quae dicta est, quando Eusebi filius traditus est ad studia.

Dictio data Aratori, quando ad laudem provectus est.

Dictio (quando Paterius et Severus traditi sunt ad studia).

C. CONTROVERSIAE.

In legatum qui patriam hostibus prodidit.

In novercam, quae cum marito privigni odia suadere non posset, utrisque venena porrexit.

In eum qui praemii nomine Vestalis virginis nuptias postulavit.

In eum qui seni patri cibos substraxit, data Aratori.

In tyrannum qui praemii nomine parricidae statuam inter viros fortes dedit, data Aratori v. c.

In aliatorem qui agrum, in quo parentes eius erant positi, pro ludi pretio dedit, data Ambrosio.

In eum qui in lupanari statuam Minervae locavit.

(In patrem quendam, qui cum filium a pirata captum redimere non dignatus esset, ab eo tamen ali petebat.)

(Contra legem)—de capta civitate hostium sacerdotes et Vestales virgines liberi dimittantur.

(In abdicatum qui patre necato matri quoque insidiebatur.)

D. SUASORIAE.

Dictio ex tempore quam ipse Deuterius iniunxit (Verba Diomedis cum uxoris adulteria cognovisset.)

(Verba Didonis, cum absentem videret Aeneam.)

Verba Menelai, cum Troiam videret exustam.

Verba Thetidis, cum Achillem videret extinctum.

Verba Iunonis, cum Anaeum videret parem viribus Herculis exstitisse.

Ampére igitur[1]: "Dans le recueil de ses œuvres, il a laissé subsister, comme un monument de sa jeunesse vouée à la littérature profane, des déclamations . . . A côté des déclamations, qui sont de la rhétorique pure il y a dans les oeuvres d'Ennodius des dictions, c'est-à-dire des discours qui, eux-mêmes, sont fortement empreints de rhétorique . . . Les déclamations dont j'ai parlé plus haut appartiennent évidement à l'époque profane de la vie d'Ennodius." Atque iterum :[2] "Ce qui complète la ressemblance d'Ennodius avec les rhéteurs païens, c'est qu'il a été le panégyriste de Théoderic." Illud quidem pro Theoderico habitum, apud posteros omnium, quae scripserit Ennodius opera, optimum forsitan habeatur: quamobrem notat Ebert:[3] "Diese Lobrede

---

[1] cf. Ampére, Hist. Litt. av. Charlemag., Paris, 1867, tom. 2, ch. VII. p. 199 sq.

[2] cf. Ampére, op. cit. c. VII. p. 201.

[3] cf. Ebert, Allg. Gesch. d. L. d. Mitalt. I. p. 437.

ist offenbar mit besonderer Sorgfalt von unserm geistlichen Rhetor ausgearbeitet worden, und sie kann daher recht zum masstab fuer den Geschmack jener zeit wie die Befaehigung des Ennodius selbst dienen." Crimen vero adulationis ab Joh. Kasp. Manso anno 1824 aperte factum, a Mich. Fertig anno 1858 optime est propulsatum.[1] Operum prorsus Ennodi tria praesertim—Synodus Romana,[2] Panegyricus Theoderico dictus et Epiphani Vita—singillatim exposita ap. Vog. praefat. ad Edit. Ennod. reperiri possunt.

Iamvero ad rem mihi videtur ut pauca de Ennodi memoria apud posteros in medium proferantur. Primum igitur Epitaphium eius citetur oportet, quod in tabula marmorea insculptum usque ad hanc aetatem in basilica Sancti Michaelis Ticini servatum est.[3] Recensio Mommsensis:

---

[1] cf. Fertig, Mag. Fel. Ennod., III. Abth., Landshut 1858 pp. 4, 5: "Doch bemerke ich, das ich Ennodius nicht, wie Manso, fuer einen Schmeichler halte: im Gegentheile ich halte Alles fuer seine Ueberzeugung, da er ueberall in den Briefen und im Epiphanius mit gleicher Hochachtung und Verehrung spricht."

[2] cf. E. Maguire, American Catholic Quarterly, vol. 26, p. 317 sq. et p. 523 sq. "Saint Ennodius and the Papal Supremacy." Optime quidem rem et rationem Libelli pro Synodo exponit, copioseque de eiusdem auctoritate apud Patres disserit. — cf. Baron., Annal. Eccles. (Barri-Ducis, 1869) vol. 9 p. 26 sq.—cf. Decretales Pseudo-Isidorian., P. Hinschius, Lipsiae 1863, p. CV. et p. 675.—cf. Ballerin. Disquisitiones de antiq. collection. et collector. canonum, P. III. cap. 6, sect. 5. no. 20.

[3] cf. Vog. Edit. Ennod. praefat. p. LVIII.

Ennodius Vatis lucis rediturus in ortu
hoc posuit tumulo corporis exubias.
clarus prole quidem, generosior ipse propinquis,
quos functus laudum iussit habere diem.
reddedit hoc caelo vivacibus ille figuris,
cum fecit famae vivere conloquiis.
quid mirum si morte caret post busta superstis,
qui consanguineos restituit superis.
quantos iste foret, mundi caelebrator in hortu
nec silet occidui cardinis oceanus.
scismata coniunxit dudum discordia legi
adque fidem Petri reddedit aeclesiis.
pollens aeloquio, ductrinae nobilis arte
restituit Cristo innumeros populos.
largus vel sapiens dispensaturque benignus
divitias credens quas dedit esse suas,
templa deo faciens ymnis decoravit et auro
et paries functi dogmata nunc loquitur.

Depositus sub d. XVI. Kal. Augustas
Valerio. v. c. consul.

Primus [1] quidem Ennodium mortuum commorat Florianus Abbas: "Vide ergo quantis adiutoribus uteris, cum me coeperis obsecrare: sanctae memoriae domnum ENNODIUM pontificem Ticinensis ecclesiae, qui generosi sanguinis nobilitatem humilitate praevexit ad gloriam, ut in caelestis patriae senato fieret et ibi senator: cuius incomparabilem doctrinae facundiam non solum testatur occidens sed et oriens instructa miratur: Nestorii fulmen, Euticis extinctor . . . ipse ergo meus est pater ex lavacro . . . ipse igitur mihi latinis elementis inposuit alfabetum." [2] Haec quidem et alia permulta testimonia de Ennodi memoria apud posteros a Vogelio (ap. Edit. Ennod.

[1] cf. Vog. Edit. Ennod. praefat. p. XXVI.
[2] cf. Vog. Edit. Ennod. praefat. p. LVIII.

praef. p. XXVI.) citantur. Restat autem ut sententia quae viget apud doctos aetatis posterioris de Ennodio scriptore pensetur.

Teuffel: "letzterer (i. e. Panegyricus) Masslos in Preisen, Vorsichtig im Verhuellen und unertraeglich geblaeht in der Form. Die Briefe leiden an Inhaltslosigkeit; noch mehr die Schulreden. In seiner Zeit als Stilist anerkannt, hatte Ennodius Reden und Briefe fuer andere zu schreiben, auch Predigten fuer Bischoefe."[1]

Ceillier: "Il ne lui manquait qu'un siècle plus heureux pour être meilleur poète et meilleur orateur. Il avait du génie, du feu et de l'imagination . . . Son style est sententieux, ce qui le rend obscur et difficile."[2]

Norden: "Wer Sidonius, Ennodius, Gregor von Tours gelesen hat, weiss dass die Prosa, ganz wie bei den Afrikanischen Schriftstellern, oft bis zur voelligen Unverstaendlichkeit verzerrt ist, dass zwischen ihr und der Poesie an gehobenen Stellen jede Schranke gefallen ist, dass die normale Stellung der Worte ganz und gar degeneriert . . . dass all die Spielereien, vor allem der Klingklang des Homoioteleuton[3] und der Wortwitzeleien in

---

[1] cf. Teuffel, Gesch. der roem. Lit. 479.

[2] cf. Ceillier, Hist. des Auct. Sac. vol. 10, p. 577.

[3] cf. E. Norden, Die Antike Kunstprosa, II. p 639, not. 4 ex pag. 638: "Bei Ennodius findet sich derartiges nicht, was ich mir daraus erklaere, dass damals dies Stilornament shon so ausschliesslich fuer die Predigt charakteristisch geworden war, dass dieser von sich und andern gefeierte Schoenschreiber es in seinen concinnationes (so nennt er seine und anderer Briefe oefters) sowie seinen panegyrischen und sophistischen Reden mied."

erschreckendem Umfang Verwendung finden.''[1]

Ebert: ''Als ein Merkwuerdiger Repraesentant des Vereins beider Richtungen der Literatur, der alt ueberlieferten heidnisch-profanen und der neu ersprossten Christlichen, erscheint am ende dieser Epoche ein Autor, der zugleich Rhetor und Bischof, Prosaiker und Poet war . . . Es ist Magnus Felix Ennodius.''[2]

Fertig: '' . . . Ennodius, Bischof von Ticinum (Pavia), der, ein namhafter Redekuenstler und Dichter seiner Zeit, durch sein Wirken auf geistlichem Felde nicht allein als Heiliger einen Namen im Buche des Lebens, sondern auch in den losen Blaettern der Geschichte gefunden hat, aber sein ganzes Leben von der grossen Buehne der Welthaendel fern geblieben ist, obschon in naeherer Verbindung, ja selbst Verwandtschaft mit den einflussreichsten und beruehmtesten Personen, und darum jedenfalls der Aufmerksamkeit werth.''[3]

Vogel: ''Marklos wie das ganze Wesen des Ennodius, ist auch seine Sprache. Er scheut sich mit kuenem Griff aus der Sprache seiner Zeit zu schoepfen, weil er deren tiefen Abfall von dem klassischen Latein deutlich fuehlt. Allein die seine Zeit von der klassischen Litteraturperiode trennende Kluft war zu weit, als dass sie kuenstlich mit Hilfe der Lektuere haette ueberbrueckt werden koennen, so sehr er auch dies Mittel zur Veredlung der Sprache seinen jungen Freunden ans Hertz legte . . . cf. epist. I. 10: V,

---

[1] cf. E. Norden, Die Antike Kunstprosa, II. pp. 638, 639.
[2] cf. Ebert, Allgem. Gesch. d. Lit. d. Mitalt. I. p. 432 sq.
[3] cf. Fertig, Ennod. u. seine Zeit, (I) pp. 3, 4.

2: VI, 23: VII. 13, 31: . . . wie sehr aber trotz aller Lektuere das bessere Sprachgefuehl durch die barbarischen Laute der Verkehrssprache damals geschwungen war, das verleugnet sich sogar an einem so guten Stilisten nicht, wie E. in den Augen seiner Zeitgenossen war.''[1]

Ampére: De Ennodi epistulis: ''Ces lettres ont beaucoup d'autres ressemblances avec celles des rhéteurs: les allusions à la fable et à l'histoire héroïque y abondent. Écrivant à un autre évêque, Ennodius compare leur amitié à celle d'Oreste et de Pylade, de Castor et de Pollux. Parlant de la grâce qui descend d'en haut, il dit qu'elle vient de superis. . . . Après avoir demandé à son ami Promerius des explications sur la Bible, sur les patriarches et les prophètes, il termine en parlant de la toile de Pénélope. Il écrit à Boëce, le dernier des Romains, une lettre toute pleine de Cicéron, de Démosthène, de Scipion.''[2]

Retke: ''Ennodius certe praestantioribus suae aetatis scriptoribus est adnumerandus. Licet enim ipsa temporum condicio rei litterariae non admodum faveret, tamen in scriptis eius non spernenda doctrina, rectum iudicium et ingenii acumen deprehenditur; sed nec eloquentia ei denegari potest, licet pro recepto tunc more stylo utitur exquisito et pompatico.''[3]

Hac quidem in dissertatione propositum est ut

---

[1] cf. Vogel, Woelffl. Arch. f. Lat. Lexicogr. I. (1884) p. 267.

[2] cf. J. J. Ampére, Hist. Litt., tom. 2 c. VII. p. 198.

[3] cf. A. Retke, Patrologiae Compend., Varsaviae, 1889, p. 252.

comparatio de Latinitate Ennodi et Hieronymi ad usum nominum verborumque pertinens instituatur. Imprimis igitur in mentem revocemus oportet Ennodium non modo sermonis scriptorem verum etiam poetam fuisse.[1] Hic vero de sermone tantum soluto agetur. Quodsi, ut supra diximus, utriusque scriptoris spectetur syntaxis, nihil aut non fere multum inter se differunt. Ennodius tamen hac in re aliquando ad genus optimorum scriptorum Hieronymo propius accedit: quo melius hoc ipsum intellegi possit brevem comparationem instituam. Ex una parte ab utroque sine ullo fere grammatico discrimine usurpantur et cum Indicativo et cum Coniunctivo: quamquam (et quamvis ap. Ennod.), dum (et licet ap. Ennod.), quod, quia (et forsitan [2] ap. Hier.), quicumque (et quoniam ap. Hier.), quippe qui,[3] (et siquidem ap. Hier.).[4] Apud utrumque scriptorem etiam inveniuntur: Interro-

---

[1] Apud Ennodi carmina inveniuntur vocabula nonnulla quae ad inferioris aetatis sermonem pertinent, ut: mansor, vorator; flasco, moro; pastura; praelubricus; grandisonus; versiloquus; mellifluus; promptulus; agnella, uxorcula; astrifer, fumifer, triumphiger, vaporifer, vitifer; pereffossus; reconvalescere; biblus (cf. Gr. βίβλος), thyrambus, (cf. Gr. διθύραμβος). Addi potest Balan ex Barbara lingua petitum.— cf. Ph. Thielmann ap. Archiv. f. Lat. Lexicogr. IV. p. 601.

[2] cf. Vogeli Ind. s. v.; legitur cum coni. 18 locis, cum indic. 4 locis. Observandum est autem coniunctivum semper usurpari cum verbo dico, ut; 1, 12: dicat forsitan; 4.8; 36.5; 62.1; 112. 17; 186. 1; 268. 23; 310. 26.

[3] quippe qui semel tantum apud Ennodium invenitur et tunc cum indicativo ut: 46. 3—Semel etiam quippe cum adhibetur, sed cum coniunctivo, ut: 41. 3.

[4] cf. Vogeli Ind. s. vv.: quamquam, quamvis, dum, licet, quod, quia forsitan.—cf. Goelzer, Latinité de Saint Jérôme, pp. 358, 357, 361, 360, 359, 356, 360.

gationes obliquae cum Indicativo; quod, quia, ut (et quoniam ap. Hier.) post verba sentiendi et declarandi; non pro ne, alter pro alius, totus pro omnis, quanti pro quot, plus pro magis.[1] Si porro quaeratur de genere, de infinitivo, de participiis, de pronominibus, de praepositionibus, de casibus atque de adverbiis, Ennodius et Hieronymus usus rariores habent inter se fere communes.[2] Si vero ex altera parte agatur de numero, de usu dignus qui, quoniam et absque, Ennodius Hieronymo omnino propius ad normam optimorum scriptorum accedit. Apud Hieronymum quidem leguntur:[3] biga, fomentum, nubilum et nutrimentum (quae vero omnia ab optimis scriptoribus in numero plurali tantum usurpantur); apud Ennodium autem eadem vocabula in numero plurali semper adhibentur, ut: bigae, Ennod. ed. Vog. p. 208. 10; quadrigae, p. 175. 8; fomenta, pp. 13. 14; 9. 30; 35. 26; 92. 36; 94. 10; 114. 19; nubila, p. 150. 12 (sed nubilum, p. 315. 13); nutrimenta, pp. 53. 34; 110. 26; 175. 34. Ex Hieronymi operibus[4] insuper citari possunt: adipibus, sanguinibus; Ennodius contra his duobus vocabulis in numero singulari recte utitur, ut p. 302. 33: adipem litarem; p. 204. 37: nullo sanguine. Praeterea apud illum invenimus:[5]

---

[1] cf. Vogeli Ind. s. vv.: modus mutatus, quod, quia, ut, non, alter, totus, quanti, plus.—cf. Goezler, op. cit. pp. 355, 375, 384, 435, 415, 402, 413, 427, 321.

[2] cf. Vogeli Ind. s. vv.: neutrum, declinatio, infinitivus, participia, ab, ad, in; gen., dat., acc., abl., pronomina.—cf. Goelzer, op cit. pp. 293, 262, 385, 404, 327, 302, 424.

[3] cf. Goezler, op. cit. p. 296.

[4] cf. Goelzer, op. cit. p. 299.

[5] cf. Goelzer, op. cit. p. 366.

"quae legi digna sint;" apud hunc contra coniunctivus semper adhibetur, ut; 214. 12: dignae manus quae exitia rebellibus tribuant.—cf. p. 318. 30: dignus regnator, digni, in quorum aetate votorum summa contigerit. Apud Hieronymum legitur:[1] "ignorans quoniam benignitas . . . hortatur;" apud Ennodium contra quoniam post verba sentiendi vel declarandi invenitur in citationibus ex Libris Divinis tantum, ut: pp. 62. 12; 65. 37. Absque[2] quidem ab Hieronymo saepe usurpatur, sine[3] vero tantum ab Ennodio.

Hac autem in comparatione de usu nominum verborumque nobis erit tractandum. Mea quidem sententia Ennodius Hieronymo hac in re multo propius ad genus optimorum scriptorum accedit. Hieronymus omnino doctus fuit qui diserte eleganterque Latine scriberet. Minime igitur est mihi in animo ut negem Hieronymi scribendi genus Ennodi esse elegantius. At vero ex altera parte si nominum verborumque usus assidue spectetur, Hieronymus neglegenter non nunquam se gessit. Si praesto quidem non fuerit aut nomen aut verbum, statim sua sponte, neglecto usu,[4] aliquandoque neglectis derivandi

---

[1] cf. Goelzer, op. cit. p. 384.

[2] cf. Goelzer, op, cit. p. 337.

[3] cf. e. g. pp. 47. 23. 93. 38.

[4] cf. comessor pro comestor (Goelzer, op. cit. p. 46); defensator pro defensor (Goelzer, o. c. p. 47); obumbraculum pro obumbratio (Hier. adv. Jovin. 1.39 in citat. ex epist. Sancti Jacobi); traditor pro proditor (Goelzer, o. c. p. 246); exterminator pro extinctor (Goelzer, o. c. p. 270).

regulis,[1] nova ipse creavit. Ennodius interdum nova fecit, modum autem atque consilium semper habebat.[2] In hoc vero minime consistit totum discrimen Ennodi inter et Hieronymi sermonem: multa alia enim proferri possunt, suoque loco proferentur. Sed haec hactenus. Ad propositum pergamus.[3]

---

[1]e. g. apostatrix, fusitrix, antepassio, propassio, prolimen, promurale, tuguriunculum, capabilis, trinomius (Goelzer op. cit. p. 15.)

[2]Qua de re Vogelius: "Im ganzen sind jedoch grobe Barbarismen nicht sehr haeufig bei E.... Darum ist bei inkorrekten Formen zunaechst die Ueberlieferung mit berechtigtem Misstrauen zu pruefen... Ebenso war E. zu aengstlich um den Ruhm einer gebildeten Sprache besorgt, als dass er seinen Wortschatz durch viele Neubildungen aus der Volkssprache zu bereichern gewagt haette. Auch hierin hat man ihm unbilliger Weise einige monstroese Bildungen auf die Rechnung geschrieben wie inabstinentia, ep. IV. 12... vervenae, Dict. 11. 5" quae quidem vocabula, ut Vogelius recte exponit, nihil aliud sunt quam in abstinentia et verbenae.— cf. Vog. ap. Woelffl. Arch. f. Lat. Lexicogr. I. p. 268 sq.

[3]Vocabula quidem ex Hieronymi operibus singillatim a Goelzer tractata apud scriptorum optimorum sermonem solutum maximam partem inveniri non possunt: quo aequius igitur inter utrumque scriptorem comparetur, omnia fere verba Ennodiana quae hac in dissertatione proferentur, apud Ciceronem, Caesarem Liviumque desunt.

COMPENDIA.

A. J. P.—American Journal of Philology.

AP. C. S. E.—apud Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum. (Edit. Vindobonae.)

AP. M. G. H.—apud Monumenta Germaniae Historica. (Edit. Berolini.)

ἅπ. εἰρ.—ἅπαξ εἰρημένον (in Ennodi operibus.)

HTL. IND.—Harteli Indicem (ad Edit. Ennod.)

THESAUR. LING. LAT.—Thesaurus Linguae Latinae, Lipsiae, 1900-1903.

VOG. IND.—Vogeli Indicem (ad Edit. Ennod.)

PARS PRIMA.

DERIVATIVA.

CAPUT PRIMUM.

DE NOMINIBUS.

(A)—NOMINA AGENTIS.

I. DE NOMINIBUS *-TOR* (*-SOR*) ET *-TRIX* FINITIS.

Iamvero nobis est tractandum de nominibus agentis; puta, susurrator quo significatur 'qui susurrat.' cf. Lat. praetor[1] pro prae-ĭtor (Skr. pura-ētár), id est 'qui prae it.' cf. Lat. conditor pro *con-dător: Gr. θετήρ: Skr. dhātár. Nomina quidem agentis apud Latinos exhibent -tor,[2] e. g. actor, Gen. actoris: cf. Gr. ἄκτωρ, ορος. Quae vero nomina sunt generis masculini; sed tempore vel antiquissimo nomina agentis feminini generis analogia formabantur. cf. Skr. ján-trī; Gr. γενέ-τειρα; Lat. gene-tr-īx.[3]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ABIURATOR.—(ἅπ. εἰρ.) 192. 17[4]: et privatae abiuratorem dulcedinis inmoderata nuntiaret erectio. cf. Cassiod. Var. III. 23. 3. cf. Id. ibid. XI. 3. 7.—cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

---

[1] cf. W. M. Lindsay, The Latin Language, ch. V. 58 et 60, p. 350.

[2] cf. R. Kuehner, Ausfuehr. Gram. d. Lat. Spr., vol. 1. 214 (3), p. 636.

[3] cf. Karl Brugmann, Grundriss der Vergleichenden Sprachwissenschaft, vol. II. 1. 119, pp. 354 sq.

[4] Prior numerus paginam, lineam indicat posterior. Fr. Vogeli Editio Magni Felicis Ennodi (ap. M. G. H. 7.) adhibetur.

ADMISSOR.—11. 9: quis rogo fuit patrandi sceleris tam vetustus admissor . . cf. 11. 36: sceleris admissorem. cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.—cf. Lact. Epit. 58. 4.

ADSUMPTOR.—(ἅπ. εἰρ.) 1. 8: avarae laudis adsumptor. cf. Ambr. epist. 19. 23.—cf. Thesaur. Ling. Lat. s. v.

COHABITATOR.—(ἅπ. εἰρ.) 8. 26: . . . quid claritati tuae cohabitator infunderet. cf. Aug. Qu. hept. II. 39 (bis). cf. Cassian. Inst. IV. 16. 2.—cf. Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 104. 2.—cf. Synod Constantinop. ap. C. S. E. 35, p. 713. 7.

CONCUSSOR.—(ἅπ. εἰρ.) 207. 31: quasi orbis concussor exciveras. cf. Tert. Fug. In Persec. 12.

CONFESSOR.—85. 21: sancti etiam Mirocletis confessoris et episcopi. cf. Lact. Mort. Pers. 35. 2.—Sid. epist. 7. 1. 7.

CONLATOR.—248. 4: conlator honorum deus. cf. Plaut. Curc. 4. 1. 13.—cf. Cod. Theod. 7. 6. 5.; 7. 9. 4.—cf. Gelas. I. ap. C. S. E. 35., p. 411. 1.

CONMENTATOR.—16. 35; quis hoc conmentator vel in scena proponat? cf. Tert. Carn. Christ. XXII. —Filastr. ap. C. S. E. 38. p. 129. 1. 3.—Sidon. ap. M. G. H. 8, p. 52. 13.

CONMISSOR.—(ἅπ. εἰρ.) 11. 31: Tobias propheta huiusmodi commissoribus occurrit. cf. Fulgent. Gord., Fragm. de aetate mundi, apud Rhein. Mus. vol. 23, p. 141.

DECESSOR.—146. 28: tenete circa me animum decessoris.—cf. Oros. Hist. V. 12. 5.—cf. Avit. ap. M. G. H. 6. p. 100. 8.

DESCRIPTOR.—60. 37: non derogo vobis descrip-

toribus. cf. Lact. Divin. Instit. 5. 9. 19.—Amm. Marc. 23. 6. 1.—cf. Jordan. ap. M. G. H. 5. p. 61. 5.

DESTINATOR.—(ἅπ. εἰρ.) 38. 1: volo esse paginarum praevius destinator.

DETRACTOR.—(ἅπ. εἰρ.) 142, ap. tit. carm. 2. 35: cum esset detractor venetus.—cf. Tac. Ann. 11. 11. fin.—Vulg. Prov. 24. 9.—cf. Concil. Tolet. (L. P. Migne, 84) IX. c. 14.

DICTOR.—173. 29: accipiens pro schemate dictionis studium sine nube dictoris.

DISCUSSOR.—140. 25: novit deus discussor sensuum.—cf. Macrob. Somn. Scip. 1. 21. 8.—cf. Symm. epist. 5. 76.—Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 23. 24.

DISTRIBUTOR.—2. 31: adquisiti distributor patrimonii.—Ruric. epist. II. 11. fin.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 96. 6.—Faust. Reien. ap. C. E. S. XXI. p. 153. 26.

EFFUSOR.—192. 26: ab effusore paterni sanguinis. —Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 225. 12.

ELOCUTOR.—8. 17: blandus elocutor accendis. 37. 15: sicut amoris elocutor et copiosus adsertor es. cf. Elocutrix, Quint. Inst. 2. 14. 2.

EXCEPTOR.—186. 37: inter ecclesiasticos exceptores caelestem militiam iussit ordiri.—Aug. epist. 141. 2.—Cod. Theod. 2. 26. 16.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 347. 2.—Damas. pap. epigram. 57.

EXSECUTOR.—222. 9: fideiussor et exsecutor . . defuerunt.—Ruric. epist. II. 2.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 223. 21.—Cod. Theod. 8. 8. 4; 11. 36. 25.

FACTOR.—27. 22: est vobis qoddam cum hominum

factore collegium.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 40. 16.—Vigil. Constit. ibid. XXXV. p. 278. 11. —Faust. ap. M. G. H. 8. p. 267. 34.

FORMATOR.—25.22: doctorum radix Maro, vestri formator eloquii.—Quint. Inst. 10. 2.20.—Plin. epist. 8.23.—Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 30.4.—Ruric. ap. M. G. H. p. 301.37.

FOSSOR.—56.17: et insuetis lucem latebris sermonum fossor admittat.—Juven. Sat. II. 80—Hor. Carm. 3. 18. 15.

INCANTATOR.—91. 6: verborum incantator Thessalus.—Tert. De Idol. 9.—Euch. Lugd. Homil. X.

INCENTOR.—101. 9: quos malorum incentores fuisse cognovi.—Sidon. ap. M. G. H. 8 p. 142. 24.—Avit. ibid. 6. p. 16. 5. Leon. Mag. epist. 109. 2.

INPUGNATOR.—(i. q. accusator) 17. 8: haec mentior nisi inpugnatoris mei adtestatione constiterint.—Cassian. Inst. V. 31.—Faust, Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 32. 8.—Leon. Mag. epist. 34. 2; 109. 4.—Sacramen. Gelas. I. c. 44.

INSECUTOR.—8. 28: quem vicinis calcibus pernix insecutor adurges.—Apul. Met. VII. 133 (ed. Delph.) —Tert. Apolog. 5.

INSTITUTOR.—314. 25: quibus ad ista magistris, quibus utamur institutoribus.—Sen De. Ben. 6. 17. 1.—Amm. Marc. 14. 8. 6.

INVASOR.—205.1: in ipsis congressionis tuae foribus cessit invasor.—Aur. Vict. epist. 35.—Cod. Theod. 9. 38. 5.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 283. 9.—Pet. Chrysol. Serm. XVII.

MALEDICTOR.—9. 14: clericorum certe exercitatissimus maledictor. cf. 5. 9.—cf. Sext. Pomp. Fest. De

Verbor. Signif. s. v.: "maledictores dicebantur ab antiquis qui nunc maledici."—cf. Indicul. Luminos. (Migne 121) c. 8.

MEDIATOR—92. 41: sed si in his omnibus reverentia tua et vades et mediator accedit.—Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 219. 11.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 7. 18.—Cyprian ap. C. S. E., ed. Htl. p. 60. 12.—Leon. Mag. epist. 108. 2.

NUTRITOR.—7. 7: salve ergo, nutritor profectuum, fax et splendor ingenuitatis.—Ruric. epist. II. 40.—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 17. 21.—Suet. Gramm. 7.

OBLATOR.—220. 25: huius oblator aedificii.—Tert. adv. Marc. 2. 26.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 58. 17.

OPERATOR.—12. 17: temporum operator deus.—Oros. Apolog. 28. 7.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 32. 1.

OPPRESSOR.—(ἅπ εἰρ.) 191.23: quando munus innocentium aut sceleratus elicuit aut oppressor libertatis ingessit?—Brut. ap. Cic. epist. ad Brut. I. 16. 6. cf. Tyrrell, Corresp. of Cicero, vol. VI. p. 158, not.: "Oppressores—a word not found elsewhere."[1]

PACATOR.—106. 23: quem pacatorem orbis vocavit vana laudatio.—Sen. De Ben. 5. 15. 6.—Sil. Ital. 16. 245.

PATRATOR.—96. 4: scelerum patrator. 189. 3: expiatum scelus patratoris.—Tac. Ann. 14. 62. 6.

PECCATOR.—45. 9: sed etiam in hoc peccator evenire vix credidi.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII.,

[1] cf. Aug. Civ. Dei, XVI. c. 4.; Id. Serm. 17. 4.—cf. Aur. Vict. Epitom. 1. 31.—cf. Isid. Sent. 3. 45.—cf. K. E. Georges, Handwoerterbuch (Leipzig, 1880) s. v.

II. 50.—Tert. De Spect. 3.—Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 268. 13.

PERAEQUATOR.—(ἅπ. εἰρ.) 16. 6: ut functioni publicae peraequatoris etiam vota transcendens numerus non deesset.—Cod. Theod. 13. 11. 2; 13. 11. 4.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 180. 4.

PERLATOR. — 37. 27: . . . perlatorem praesentium (scil. litterarum).—Lucif. ap. C. S. E. XIV. p. 322. 4.—Leon. Mag. epist. 49.

PERSECUTOR.—297. 24: ut nusquam te sagacis boni persecutor inveniat.—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 91. 5.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 117. 18.

PORTITOR.—91. 18: et titubet sub gravi fasce portitor inmaturus. 25. 9. portitor (scil. epistularum). Et persaepe.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 63. 2.—Sidon. epist. 6. 3.

PRAECESSOR.—71. 37: dux enim bonorum et praecessor est gratia.—Lucif. ap. C. S. E. XIV. p. 27. 2.—Tert. adv. Prax. 1.—Leon. Mag. epist. 14. c. 1.

PRAESTITOR. — (ἅπ. εἰρ.) 303. 22: . . . et hoc tantum, quis esset praestitor, . . . sentirem.—cf. opus Herm. Trismeg. inscript., post med.: praestitor et tributor.—Cassiod. Exposit. in psl. 150, fin.

PRECATOR.—15. 6: urbi sufficerent quantos habet domus una precatores.—Ruric. epist. II. 12.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 92. 22.—Plaut. As. 2. 4. 9.; Ps. 2. 2. 12.—Ter. Phor. 1. 2. 90.

PRODECESSOR.—(ἅπ. εἰρ.) 121. 12: prodecessor nempe parvitatis meae venerabilis Victor antistes.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 294. 30; 300. 5; 306. 12. —Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 134. 9; 247. 20.—

Jordan. ibid. 5. p. 43. 1; 120. 12.—Simplic. pap. ap. C. S. E. XXXV. p. 127. 8; 132. 7; 134. 1; 138. 7. —Vigil. episcop. ibid. p. 231.20.

PROFLIGATOR.—(ἅπ. εἰρ.) 191. 36: cum arcem iustitiae profligator intrasti.—Tac. Ann. 16. 18. 4.

PROMULGATOR.—(ἅπ. εἰρ.) 236. 13: scio artare paginam, cuius pretium promulgator intellego.—Front. de Feriis Als. 3 Mai.—Aug. In. Psl. 50. 8.

PUNITOR.—(qui punit) 192. 3: qui punitor mali credit facinorum sectatorem.—Suet. Div. Iul. 67.—Oros. Hist. III. 3. 3.—Lucif. ap. C. S. E. XIV. p. 114. 5.

RAPTOR.—6. 3: fora causidicum sollicitant, incerta raptorem.—Tac. Agr. 30. 17.—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 151. 8.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 325. 25.

REMEDIATOR.—109. 11: sed quid faciam, quod remediatoris vestri singultus verba dissiciunt.—Tert. adv. Marc. IV. 8.—

REPARATOR.—13. 33: vetustorum reparator fascium novellus consul.—Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 20. 17.—Faust. Reien. ibid. XXI. p. 11. 4; 83. 20.—Cassian. contra Nest. VII. 6. 5.—Sacr. Gelas. I. c. 55.

REPENSOR.—(ἅπ. εἰρ.) 317. 25: providi post dei misericordiam vestrae gratiae repensorem.

II. DE ADIECTIVIS -*OSUS* DESINENTIBUS.

Iamiam nobis est agendum de adiectivis denomi-

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.
[2] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 148.

nativis, quae quidem significant Anglice dicendo possessed of, abounding in, -ful,[1] aliquandoque resembling, like. Quibus cum adiectivis conferenda sunt adiectiva apud linguam Sanskriticam -vant finita et adiectiva apud Graecos quae -ϵντ- in casibus obliquis exhibent.— cf. Lat. formōsus (formōnsus) et Gr. χαρί-ϵντ-ος.— cf. Lat. aquōsus et Skr. ápa-vant = aqua abundans. Si igitur quaeratur de adiectivis huiusmodi apud Latinos formandis, hoc esse tenendum videtur:[2] e. g. Luminōsus = luminōnsus = luminontius = lumin-vant-io-s.— cf. Lat. vīrōsus pro vīrōnsus: Skr. viśá-vant.— cf. nĭvōsus (Gr. νιφόϵις.)— cf. Gr. δολόϵις: Lat. dŏlōsus pro *dolovenssus.— cf. Lat. vīnōsus (Gr. οἰνόϵις) = vini plenus vel vino similis.[3]— cf. Skr. Indrasvant = Indrae similis.[4] Haec denique legimus apud Aulum Gellium de adiectivis -osus desinentibus: "[5] Formidulosus dici potest et qui formidat et qui formidatur, ut invidiosus et qui invidet et cui invidetur, ut suspiciosus et qui suspicatur et qui suspectus est, ut ambitiosus et qui ambit et qui ambitur, ut item gratiosus et qui adhibet gratias et qui admittit."

---

[1] cf. Lat. aestuōsus, mōnstruōsus: Gr. Ἰχθυώδης.—θριδακώδης. —cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. V. p. 216.

[2] cf. O. Schenworth et. C. Weyman, Ueber die lat. adj. auf -osus, Archiv. f. Lat. Lex. V. p. 194.

[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 65, 66, p. 353.—cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 127 pp. 379-382.

[4] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 127 p. 380, Anm. I.

[5] cf. Aul. Gell. Att. Noct. IX. 12.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AFFECTIOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 304. 6: et affectiosam servavit pudicitiam.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. Var. I. 21. 1; V. 2. 1.—Tert. De Anima, 19.—Cassiod. Complex. in Epist. Apost., in epist. ad Rom. n. 18, VIII. 31.

ANNOSUS.—12. 17: quasi . . . ad poenam reos lex annosa non teneat.—Aug. Confess. 1. 7.—Symm. epist. 6. 14. 1.—Prosp. Voc. Gen. 2. 22.

ARENOSUS.—72. 26: arenosus coluber.—Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 324. 13.—Claudian. ap. M. G. H. 10. Stil. I. 339.—Ambros. de excess. frat. II. 57.

CARIOSUS.—13. 34: cariosas fores robustus reseravit inpulsor.—cf. 125. 20: cariosam . . . taciturnitatem.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 26. Lact. Div. Inst. V. 12. 13.

CLAMOSUS.—248. 16: redit ad mortales vicissitudo clamosae solitudinis.—Quint. Inst. 6. 4. 15.—Juven. 14. 191.

DECEPTIOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 17. 5: auditurum se deceptiosis et blandis promisit inlecebris.—Rufin. Origin. περὶ ἀρχῶν. lib. II. c. 4. 3.—Cassiod. Exposit. in Psl. 9. 29; 15. 4.

DELICIOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 7. 35: quaerite apud me non blanda sed necessaria, non deliciosa sed fortia.—Sedul., Pasch. carm. Praef. 8.

EXOSUS.—168. 23: recipiat nos pro remediis exosa navigatio.—Macrob. Sat. I. 11. 45.—Lucif. ap. C. S. C. XIV. p. 15. 26.

FRAGOSUS.—108. 20: velut Scylleos canes et . . .

Carybdis fauces fragoso . . . murmure minitantes. —Quint. Inst. 9. 4. 7.—Claudian. laud. Stil. III. 337.

GULOSUS.—87. 5 : terrenum marginem gulosus Padani gurgitis morsus adrodit.—Sen. Q. N. 3. 18. 7. —Juv. 11. 19.

INLECEBROSUS.—7. 34 : non faleratus sermo, non inlecebrosa tantum et depicta fucis narratio delectet. —Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 9. 24.—cf. Plaut. Bacch. I. 1. 54 : inlecebrosius.

INRELIGIOSUS.—33. 6 : inreligiosum ergo circa amantem tui in meliorem partem verte propositum. —Tert. ad. Nat. I. 17.—Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 201. 21.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 182. 18.

LACRIMOSUS.—45. 13 : cum lacrimoso gaudio dixi.

LUCROSUS.—114. 34 : sub lucrosa commutatione. —Tac. Agr. 19. 19.

NUMEROSUS.—63. 17 : numerosa proles.—Tac. Agr. 17.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 62. 14.

ONEROSUS.—298. 30 : aut ego rederer officiis onerosus et actionibus infecundus.—Plin. Paneg. 44.—Symm. ap. M. G. H. 6. 266. 10.

POMPOSUS.—70. 6 : nemo peritiam pomposa elocutione condemnat.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 61. 6. —Cassiod. ibid. 12. p. 242. 26.

POPULOSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 312. 7 : populosis (i. q. multis) nutriatur erroribus.—Avit. ap. M. G. H. p. 109. 10.—Sidon. carm. 15. 27.—Venant. Fortun. carm. VII. 10. 16.

PRODIGIOSUS.—207. 5 : per flamen prodigiosum.—Tac. Hist. 3. 36.—Quint. Inst. 1. 1. 2.

PRUINOSUS.—33. 15 : dum pruinosa respicis iuga. —Ov. Met. 4. 82.

RIMOSUS.— 29. 8 : per testudinis rimosa.— cf. 51. 8 : rimosam memoriam non accuso.— Aul. Gell. 17. 11. 1.— Propert. 3. 9. 16.— Plin. N. H. 16. 79.

RUBIGINOSUS.— 27. 21 : rubiginosos lingua et sensu hebetes. – Plaut. Stich. I. 3. 77.— Apul. De Deo Socrat. 673.

SINUOSUS.— 56. 25 : praesta, domine, ut labyrinthi huius sine errore sinuosos superemus amfractus; . . . — cf. 130. 29 : ne sinuosis in longum procedant verba praeloquiis.— Quint. Inst. 2. 4. 3.— Aul. Gell. 14. 2. 13.

ULCEROSUS.— (ἅπ. εἰρ.) 49. 32 : inter oves ulcer -osas deputandus.— Tac. Ann. 4. 57. 11.— Epiph. Constant. ap. C. S. E. XXXV. p. 750. 29.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	fetosus inherbosus venenosus

III. DE ADIECTIVIS -*EUS*, -*ACEUS*, ET -*ANEUS* DESINENTIBUS.

Materiam quidem qua aliquid est confectum, significant, ut : flammeus, corneus, viteus. At vero apud Latinos syllabae -ko- et -qʷo- his in adiectivis formandis confusae esse videntur :[2] terminatio igitur -āceus pro -ācus invenitur, exempli causa : herbāceus, gallināceus, arundināceus.[3]

---

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.—cf. C. Paucker, Lat. B. Hier. p. 52.

[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 31 p. 337.

[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 31. p. 337.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT.

ARBOREUS.— 2. 5 : cum in blandam lucem novelli praesegminis comae explicantur arboreae.— Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 353. 2.

CROCEUS.— 208. 10 : cum primum aurora bigis in croceis ortum iubaris indicavit.— Petricor. ap. C. S. E. XVI., Vit. Mart. III. 199.

FULMINEUS.—(ἅπ. εἰρ.) 214. 18 : ut sit in ira sine conparatione fulmineus.— Sedul. ap. C. S. E. X. carm. I. 184.— Paul. Nol. ibid. XXX., carm. XXVI. 129.

MOMENTANEUS.— 89. 39 : sub momentanea . . . voce dixerunt.— Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. VI. 11. 10.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 30. 5.— Ambros. De Off. I. c. 29.— Caes. Arelat. Homil II. b.

NECTAREUS.— 19. 22 : ceram paravit nectareis partubus feta virginitas.— Sedul. ap. C. S. E. X. p. 184. 9.— Paul. Nol. ibid. XXX. carm. XXII. 159.

NEMOREUS.— (ἅπ. εἰρ.) 94. 29 : elegebat secessum nemorea fronde conclusum.

ROMULEUS.— 24. 1 : fuco Romuleae calliditatis.

SPONTANEUS.— 313. 19 : clari operis spontanea cura.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 118. 27.— Avit. ibid. 6. p. 8. 18.— Macrob. Somn. Scip. II. 16. 13.— Ambr. De Off. I. c. 31.— Cod. Theod. 6. 4. 27.

STUPPEUS.—112. 31 : tunc stuppea in ventos . . . frena laxantur.

SUPERFORANEUS.—40. 10 : in litteris vestris superforaneam cautionem . . . expavi.—cf. 56. 28 : superforaneum quidem est . . . respondere.—Symm. epist. 3. 48.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 11. 16.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
nemoreus	adipeus	sacceus
	farinaceus	testeus

Hoc vero in loco ad rem spectat ut verba Goelzer nostra faciamus:[2] "Quant aux adiectifs en -aceus, ils paraissent assez rares en ancien latin." Apud Hieronymum quidem tria, chartaceus, farinaceus et frumentaceus inveniuntur,[3] quorum unum, scil. farinaceus ab eo formatum videtur: apud Ennodium contra ne unum quidem citari potest.

IV. DE ADIECTIVIS *-ACUS* ET *-ICUS* DESINENTIBUS.

Primum igitur nobis est tractandum de iis adiectivis quae -acus finiuntur, quaeque apud eos praesertim qui de medicina scripserint, leguntur, e. g. peripneumoniacus, Marcell. De Medicam. 20. 18; symphoniacus, Id. ibid. 8. 130.; elephantiacus, Id. ibid. 6, 25.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

OLYMPIACUS.—247. 3: qui properatis subeunt Olympiaca bella vestigiis.—Suet. Ner. 25.

Iamvero pergamus ad adiectiva *-icus* finitia, quibuscum conferenda sunt adiectiva quae -ika-s apud linguam Sanskriticam et -ικο ς apud Graecos terminantur.—cf. Skr. paryāy-iká-s, vārš-ika-s.—cf. Gr.

---

[1] cf. H. Goelzer, o, c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier pp. 70, 71.

[2] cf. H. Goelzer, op. cit. p, 151.

[3] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 151.

ἱππ-ικό-ς, παρθεν-ικό-ς, νυμφ-ικό-ς[1]—cf. gent-icu-s, histriōn-icu-s.[2] Est praeterea notandum terminationem -tico- apud Latinos terminationi -τικω- apud Graecos convenire.[3]—cf. Lat. cēnāticu-s, herbāticu-s, volāticu-s.—cf. Gr. κριτικό-ς, μαχθητικό-ς.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

DAVIDICUS.—35. 17: Davidicum tibi occurrat exemplum.—Sedul. ap. C. S. E. X. 176. 14:—Paul. Nol. ibid. XXIX. p. 90. 26.

DELENIFICUS.—10. 9: delenificam allegationem amplexus epistularis alloquii.—Plaut. Mil. Gl. 2. 2. 37.—Auson. ap. M. G. H. 5. p. 177. 1.

DOMINICUS.—88. 9: mel dominicae passionis severitatem legis condiens.—cf. 190. 13: dominici gregis legionem (i. q. monachi).—Opt. Milev. ap. C. S. E. XXVI. p. 56. 12.—Caes. Arelat. Homil. V.

ERRATICUS.—12. 4: . . . praeceptorum falce caelestium erraticos palmites de conversationis suae radice sustulerit.—cf. 49. 32: inter oves ulcerosas . . . et erraticas.—Sen. Q. N. 7. 23. 1. Aul. Gell. 9. 2. 6.—Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 24. 7.

ISRAHELITICUS.—88. 8: si . . . Israhelitica per desertum agmina sequerentur.—Aug. Civ. Dei 15. 20; 16. 16.

LEVITICUS.—87. 1: festinabat ad leviticam digni-

---

[1] cf. Brugmann, Grundriss II. 1. 87. pp. 245. sqq.
[2] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V 31. p. 337.
[3] cf. Brugmann, Grundriss II. 1. 87. p. 246.

tatem (i. q. diaconium).—Hilar. in. Psl. 58. 7.—Vulg. Deut. 17. 9.—Id. Jos. 3. 3.

MEPHITICUS.—(ἅπ. εἰρ.) 50. 2: sed redeamus ad gravem et venerabilem, non solum ex ala productam sed mephiticam propositionem.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 50. 5.

VENEFICUS.—303. 33: mens rigore inebriata venefico.—Ovid. Met. 14, 365.—Lact. Div. Inst. V. 1. 2.—Cod. Theod. 11. 36. 1.

V. DE ADIECTIVIS -*IDUS* DESINENTIBUS.

Adiectiva quidem -idus finita ad radicem -dō- sint forsitan referenda.[1]—cf. Skr. jala-da-s (=humorem dans) et Lat. imbr-idu-s.—cf. Skr. artha-da-s et Lat. luc-idu-s.[2]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

BIFIDUS.—19. 6: bifida auctoritate solidavit.—Ov. Met. 14. 303.—Claudian. ap. M. G. H. 10. Epithal. de Nupt. Honor. Aug. (X) 146.

HISPIDUS.—100. 5 (i. q. duratus): per tramitem huiuscemodi itineris cursitantem non semel hispidum castrensis pulvis effecerat.—Claudian. ap. M. G. H. 10, Paneg. dict. Prob. et Olyb. 1. 222.—Lact. de Opific. Dei 12. 13.

MORBIDUS.—317. 14: ergo exspectatur medicina de morbidis?

NINGUIDUS.—103. 27: transcendi alienis mensibus

---

[1] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 67. p. 354.

[2] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 128 pp. 383, 384.

ninguidos saltus.— cf. 108. 11 : ninguido aere.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. X. 203.

PALLIDUS.— 56. 15 : si auri pallidus inquisitor occurrat.

RANCIDUS.— 81. 27 : qui rancido despicientes cuncta neglectu etiam edecumata condemnant.— Plin. N. H. 22. 46.

SCABRIDUS.— 75. 30 : quidquid scabrida poposcit lingua.— cf. 173. 31 : ut spiritus illius scabridis nequaquam laedatur officiis.— Venant. Fortun. ap. M. G. H. 4. carm. II. 9. 7.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM
scabridus	

Non est autem cur miremur si Ennodius adiectivis huiusmodi abundare videatur. Memoria enim teneamus oportet Ennodium non solum sermonis pedestris fuisse scriptorem, verum etiam poetam. Itaque omnia fere adiectiva -idus finita, quibus usus est Ennodius, ad artem pertinent poeticam.

IV. DE ADIECTIVIS -*ENSIS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

COMITATENSIS.— 152. 14 : viros comitatensis exercitii.— Amm. Marc. 18. 4. 2.—Cod. Theod. 5. 4. 1 ; 6. 35. 7 ; 7. 1. 18.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 379. 4.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM
	turrensis vallensis

VII. DE ADIECTIVIS -*INUS* DESINENTIBUS.

Adiectiva vero -īnus terminata conferenda sunt cum adiectivis apud Graecus -*ῖνο-ς* et apud linguam Sanskriticam -īna-s desinentibus.—cf. Skr. nav-īna-s : cf. Gr. *ἀγχιστ-ῖνο-ς* : cf. Lat. febr-īnu-s.[2] Terminatio porro -īnu-s (-*ῖνο-ς*) cum apud Latinos tum apud Graecos speciem significant atque saepenumero cum animalium nominibus adhibentur, puta : Gr. *κοραχ-ῖνο-ς* (ex *κόραξ*) et *τυφλ-ῖνο-ς* (ex *τυφλό-ς*); cf. Lat. bŏv-īnu-s, ĕqu-īnu-s, su-īnu-s.[3]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

FESTINUS.— 267. 6 : ut . . . de excessibus ante dicti iuvenis festinus instruerem.— cf. 74. 31 : quem, si vel nolit, festinum redire conpellite.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 30. 6.

INOPINUS.— 110. 6 : possessorem ex propriis abstractum sinibus inopina dote praestantem.—Plin. Paneg. 30. 5.— Tac. Ann. I. 68. 13.— Cod. Theod. 9. 45. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[4]
	sturninus

---

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

[2] cf. Brugmann, Grundriss, II, 1. 68, p. 148.

[3] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 8. p. 325.

[4] cf. H. Goelzer, op. vit. p. 15.—cf. C. Paucker, De Dat. B. Hier. p. 74.

VIII. DE ADIECTIVIS *-US, -ANUS, -ULENTUS -FARIUS* DESINENTIBUS.

A. DE IIS QUAE -US FINIUNTUR.

α. QUAE AB USU OPITIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

BADIUS.—(ἅπ. εἰρ.) 256, carm. 2. 136 ap. tit.: De equo badio.—Pallad. lib. IV. Mart. 13. 4.

MODERNUS.—12. 18: cum temporum operator Deus . . . et antiqua iusserit et moderna disponat. —cf. 13. 6: antiquis et modernis legibus.—cf. 19. 34; 75. 17; 104. 28.—Gelas. Pap., epist. ed. Thiel. 22. —Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 81. 18; 84. 12.—Jordan, ibid. 5. p. 40. 9.—Pseud. Priscian. de Accent. 528. 18 Keil.—Concil. Tolet. (Migne L. P. 84) IX. c. 14.—cf. Vogel, Woeffl. Arch. f. Lat. Lex. I. p. 269, not. 1.—cf. Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. XII. (1902) p. 3.

VETERNUS.—176. 28: veternis Erebi legibus.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. XX. 50.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	Cainus

B. DE IIS QUAE -ANUS FINIUNTUR.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

MEDIANUS.—95. 36: medianas insulas . . . — Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 289. 19.—cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. IV. p. 43.

[1] cf.—H. Goelzer, op. cit. p. 15.

MUNDANUS.—112. 5: quidquid in mundana luce gignitur.—cf. 121. 14: vitia mundana.—Macrob. Somn. Scip. 2. 16. 26.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 28. 23.

C. DE IIS QUAE -ULENTUS FINIUNTUR.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

FAECULENTUS.—64. 36: multa enim sunt in propositionibus vestris, quae ita faeculentis ulnis peccandi amor amplectitur . . . —Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 134. 5.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 97. 12. —Cassiod. ibid. 12. p. 219. 18.

FLORULENTUS.—2. 3; cum anni renascentis infantia florulenta. . . —Ambros de obit. Valent. 11; Id. ibid. 77.

D. DE IIS QUAE -FARIUS FINIUNTUR.

Haec quidem adiectiva conferenda sunt cum adiectivis apud Graecos -φασιος terminatis.—cf. Lat. tri-farius: Gr. τρι-φάσιος.—cf. Skr. tri-vartu-s.—cf. Germ. -fach, -faeltig.[1]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

MULTIFARIUS.—121. 31: aetas Christo inimica non recipit et multifariis censu laborante oblationibus supernam mercatur offensam.—Aul. Gell. 5. 6. 1.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 139. 3.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	quadrifarius

[1] cf. Brugmann, Grundriss², II. 2. 1, 182 p. 509.
[2] cf. H. Goelzer, op, cit. p. 15.

IX. DE ADIECTIVIS *-ARIUS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

EPISTULARIUS.—(ἅπ. εἰρ.) 32. 24: ad morem tamen scriptionis epistulariae me reduco.—Ruric. epist. II. 16 fin.—Greg. Mag. epist. I. 21.—cf. Salvian. de gub. Dei V. 30.

LITTERARIUS.—70. 12: ago . . . gratias quod parvitatem meam litterarii sermonis visitatis affatu. —Quint. Inst. 1. 4. 27.—Tac. Ann. 3. 66.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 124. 28.—Cassiod. ibid. 12. p. 298. 14.

PLENARIUS.—(ἅπ. εἰρ.) 268. 38: si securus esse debeo, plenarii mihi documenti dirigite firmitatem. —Aug. In Psl. 61. n. 4.—Cod. Theod. 13. 9. 6. —Prosp. Aquit. (Migne P. L. 51, 159) Pro Aug. Resp. P. prim. c. IV.—Jul. Promer. (Migne P. L. 59) Vit. Contemp. III. 33.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 81. 30.

ORIGINARIUS.—88. 35: iam originariam ad ius suum revocat terra particulam.—Cod. Theod. 5. 10. 1; 8. 4. 22; 14. 4. 8; 14. 7. 1.—Gelas. I. ap. C. S. E. XXXV. p. 363. 15.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 46. 10.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	kalendarius

[1] cf. H. Goelzer, op cit. p. 15.

X. DE ADIECTIVIS *-ARIS* DESINENTIBUS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

EPISTULARIS.—295. 23: caelestis dispensatio epistularibus beneficiis iunctos caritate consociat.—Cod. Theod. 2. 27. 1.—Greg. Mag. epist. 11. 75.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 11. 3.—Leon. Mag. epist. III. c. 4.

LATIARIS.—23. 33: suscepi epistulam tuam Romana dote locupletem et stilum Latiarem . . . . monstrantem.—Ovid. Met. 15. 481.

PROELIARIS.—213. 37: inter proeliares . . . successus.—Plaut. Curc. 4. 4. 17.

REGULARIS.—61. 30: videamus si superest aliqua de regulari propositione defensio.—Plin. N. H. 34. 20.

SAECULARIS.—301. 40: illa saecularis pompae philosophia Hippocratis.

VILLARIS.—271. 8: tu villares delicias expetisti.—Plin. N. H. 10. 57.

XI. DE ADIECTIVIS *-ALIS* DESINENTIBUS.

Adiectiva quidem -alis finita apud Ennodium necnon apud Hieronymum [1] abundant.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT :

CAMENALIS. —27. 23: ad Camenalem tamen ignominiam . . . versus adieci.—Symm. ap. M. G. H. epist. 1.53. Sidon. ibid. 8. p. 41. 16.

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 144 sq.—cf. C. Paucker, Lat. B. Hier. pp. 43., 49.

CARNALIS.—12. 3: carnalis concupiscentiae inlecebras . . . —Lact. Div. Inst. IV. 13. 4.—Caes. Arelat. Recapit. Reg. ad Virg. 13.

CONIUGALIS.—176. 23: ubinam gentium fuit animus coniugalis diligentiae? Tac. Ann. 11. 4.—Ambros. De Off. I. c. 50.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 51. 28.

CORPORALIS.—26. 15: quidquid corporalis adcessit incommodi.—Sen. epist. 78. 22; 58. 11.

EPISCOPALIS.—4. 16: quod sine episcopali nota contigit.—Cod. Theod. 5. 7. 2.—Leon. Mag. epist. XIV. c. 7.—Prudent. π. στεφ. 6. 11; 13. 33.

FERALIS.—(i. q. exitialis) 264. 24: quidquid in illa ferali terra sustinui.—Ambros. De Off. 2. 26.

FISCALIS.—108. 3: duas tamen praesentis indictionis fiscalis calculi partes cedemus.—Suet. Dom. 9.

GENITALIS.—4. 27: amica est homini ad genitale solum revertenti semper hilaritas.

GLACIALIS.—102. 30: et quamvis . . . Martius mensis glaciales fluminibus frenos inponeret.

INPERIALIS.—53. 40: quas (sc. personas) saepe inperialis flagitasset auctoritas.—Aur. Vict. Epitom. c. 2.—Amm. Marc. 21. 16 med.—Cod. Theod. 2. 4. 5.

LEGALIS.—14. 36: grammaticae instructionis repagula et illas dicendi legales angustias pro libertate conplexus est.—Quint. Inst. 3. 5. 4.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 113. 31.

LETALIS.—175. 33: quantis colorum varietatibus et urbanitate letali ad hoc productus aestimatur, ut . . . ?—Suet. Caes. 82.—Sedul. ap. C. S. E. X. p. 234. 14.

MARITALIS.—176. 24: ubi maritalis sacramentum copulae?—Val. Max. 9. 1. 9.—Juven. Sat. 6. 43.

MEDICINALIS.—176. 1: sub medicinali specie.—Macrob. Sat. 7. 13. 7.—Plin. N. H. 36. 43.

NOVERCALIS.—176. 31: postrema est in novercali indignatione necis executio.—Tac. Ann. 12. 2.

ORIENTALIS.—322. 24: castam ecclesiarum orientalium disciplinam . . . corruperint.—Aul. Gell. 2. 22. 11.—Cod. Theod. 13. 5. 14.—Ambros. de excess. frat. II. 115.

PAGINALIS.—48. 4: paginalis stili cura et adsiduitate macerari.—cf. 75. 5: paginalis conmercii libamenta. cf. 111. 21: paginalis alloquii.—cf. 111. 11; 133. 34; 134. 9; 138. 16. 25; 152. 12; 195. 3; 197. 7; 224. 10; 291. 2; 299. 3; 306. 6; 307. 35; 317. 22.—Hormisd. ap. C. S. E. XXXV. p. 550. 5; Id. ibid. p. 664. 12.—Anastas. ibid. p. 616. 6.

PECUALIS.—52. 27: sic vos in stuporem pecualem peccati nebula aut divinus horror oblimat.—Sedul. ap. C. S. E. X., carm. I. 162.

SACERDOTALIS.—13. 3: nos supernae memores disciplinae qualemcumque sacerdotalem dexteram volentibus perire porrigimus . . . —Macrob. Sat. 3. 5. 6.—Ambros. de ob. Valent. 7.

SPECIALIS.—23. 11: me tamen specialis maeror adflixit.—Quint. Inst. 5. 10. 43.

SPIRITALIS.—4. 2: sed quibus inerat spiritalis sapor intellegentiae.—Ambros. De Off. I. c. 30.

SYNODALIS.—57. 1: collectio synodalis.—cf. 60. 31: ad disceptationem synodalis examinis.—Gelas. I. ap. C. S. E. XXXV. p. 370. 7.—Hormisd. ibid. p. 502. 27.—Vigil. ibid. p. 349. 20.

TEMPORALIS.—99. 23: vastitatem temporalis procellae.—Sen. Q. N. 7. 23. 2.—Quint. Inst. 6. 2. 10.

TRABEALIS.— 13. 28: hactenus trabealis coturni pompam familiae nostrae peregrina ornamenta tribuebant.— Sidon. Carm. II. 2.

TRIVIALIS.— 30. 19: triviale carmen.— Quint. Inst. 1. 4. 27.— Juv. Sat. 7. 55.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	fundamentalis septennalis
	pecualis subtunicalis
	prophetalis

XII. DE ADIECTIVIS -*IVUS* DESINENTIBUS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

PARENTIVUS.— (ἅπ. εἰρ.) 309. 19: ecce Paterius et Severus, ornamenta curulium et parentiva vocabula purpurarum.— Valerian., Homil. (Migne, L. P. 52. 691) 20. 5. ante med.

RECIDIVUS.— 34. 10: recidivis enim provincia nostra . . . laborat insidiis. Cels. 3. 4. circa med. — Mel. 3. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	concupiscitivus irascitivus
	increpativus

[1] cf. H. Goelzer, op. cit. p. 15.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 61.

XIII. DE ADIECTIVIS -*ICIUS* DESINENTIBUS.

Derivantur quidem ex aliis adiectivis, ex nominibus atque etiam ex verbis, ut: natalicius (natalis), patricius (pater) et dediticius (deditus).— cf. caement-icius, sutor-icius.[1]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

SPONSALICIUS.— (ἅπ. εἰρ.) 104. 38: sit fili tui sponsalicia largitas absolutio captivorum.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 106. 6.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[2]
	mixticius

XIV. DE ADICTIVIS -*ILIS* DESINENTIBUS.

Ex verbis quidem magnam partem derivantur, ut: agili-s (agere): cf. Skr. ajirá-s.— cf. Lat. bibili-s, fragili-s, coctili-s, fissili-s, versatili-s.[3] Adiectiva autem huiusmodi non nunquam ex nominibus formantur, puta: humili-s (humus), herbili-s (herba): cf. Gr. χθαμαλό-ς.[4]

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

PARILIS.— 19. 2: parili namque iudicio censendus est.— Lucr. I. 106. 7.

---

[1] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 87. p. 246.— cf. Woelffl. Arch. f. Lat. Lex. V. pp. 426-428.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.— cf. C. Paucker, De. Lat. B. Hier. p. 62.

[3] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 75 p. 192 sq.

[4] cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. V. 22 p. 332.

XIV. DE ADIECTIVIS -*BILIS* DESINENTIBUS.

Iamvero permulta apud Latinos adiectiva ex terminatione -i-bulu-m derivata in i-declensionem transierunt, ut: sta-bili-s, dē-lē-bili-s, sepelī-bili-s:[1] Aliquando autem accidit ut -i-bili-s sit terminatio secundaria, e. g.: odibili-s (ex odiu-m), illūtibili-s (ex il-lūtu-s), flexibili-s (ex flexu-s) et persuāsibili-s (ex per-suāsu-m).[2]

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CULPABILIS.— 64. 31: quia liquido nocens est qui insontibus aut meritum culpabilis aut nomen opponit. —cf. 171. 25: rigida circa culpabiles districtio.— Arnob. ap. C. S. E. IV. p. 249. 13.— Caes. Arelat. ep. I. circa fin.— Cassiod. ap. M. G. H. p. 179. 16.

INAMABILIS.— 178. 23: ecce inamabilis taciturnitas et vobis dicendi abstulit genium.— Plaut. Bacch. 4. 2. 3.

INDEMUTABILIS.— 200. 2: nisi te efflictim deligerem et pii amoris soliditas indemutabili radice constaret . . . —Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei II. 25.— Claud. Mamert. ibid. XI. p. 89. 4; 97. 3.— Cassian. ibid. XIII., Conlat. XVII. 28. 2.— Petr. Diacon, lib. de Incarn. Et Grat. c. III.

INEFFABILIS. — (ἅπ. εἰρ.) 108. 28: ineffabilis calamitas.— Plin. N. H. 28. 4.— Evod. De Fid. c. Manich. c. 21.

---

[1] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 77. p 202.—cf. A. J. P. vol. 10 (1889) p. 34.

[2] cf. Brugmann, Grundriss, II. 1. 77 p. 202.

INIMITABILIS.—(ἅπ. εἰρ.) 320. 29: quod inimitabile videbatur.—Quint. Inst. 8. 3. 25.

INSEPARABILIS.—(ἅπ. εἰρ.) 320. 3: gratias inseparabili Trinitati Deo vero . . . —Sen. epist. 118. 10.—Aul. Gell. 1. 9. 12.

INVESTIGABILIS.—(ἅπ. εἰρ.) i. q. non potest investigari (cf. Vog. Ind. s. v.) 19. 8: cuius etiam nisi tuae investigabilis fotu iussionis suscepta germina nutriuntur?—Vulg. Prov. 5. 6; Id. Ephes. 3. 8.

INVISIBILIS.—(ἅπ. εἰρ.) 100. 17: adversarii . . . sola tecum dimicante caelitus invisibili virtute non poterant . . . —Faust. ap. M. G. H. 8. p. 269. 27. —Caes. Arelat. Homil. V. circa fin.

MEDICABILIS.—(ἅπ. εἰρ.) 301. 27: gratia Dei, medicabilis morbi concessa ministerio.—Ovid. Heroid. 5. 149.—Columel. 7. 10 fin.

POSSIBILIS.—286. 27: si possibile est cupita tribui. —Lucifer. ap. C. S. E. XIV. p. 332. 29.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 121. 5.—Quint. Inst. 3. 8. 25.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
	capabilis	intransibilis
	diligibilis	invenibilis
	gemibilis	irrecusabilis
	immesurabilis	motabilis
	imparticipabilis	participabilis
	impotabilis	producibilis
	inconvincibilis	reptibilis
	indicibilis	terminabilis
	infrangibilis	volutabilis

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—C. Paucker, De Lat. B. Hier. pp. 62-63.

Hic quidem multum ad rem pertinet ut verba Goelzer citentur:[1] "Les adjectifs verbaux en -bilis sont extrêmement nombreux, on le voit, dans les oeuvres de Saint Jérôme." Quod vero de Ennodio minime praedicari potest. Iterum quidem prodest ut Goelzer verba nostra faciamus, quo facilius discrimen Ennodium inter et Hieronymum hac de re in lucem proferatur: "Saint Jérôme a créé dans capabilis un véritable monstre."[2] Atque iterum: "quoique régulièrement formés, les adjectifs en -bilis dérivés de verbes en -scere sont inconnus à l'ancienne langue."[3] Apud Hieronymum autem leguntur immarcesibilis, irascibilis et concupiscibilis:[4] nulla vero apud Ennodi opera inveniri possunt.

XVI. DE ADIECTIVIS DEMINUTIVIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[5]	
	cincinnatulus	religiosulus
	comatulus	sanctulus
	comptulus	sciolus
	grandiusculus	semigraeculus
	histriculus	spinosulus
	litteratulus	torosulus
	promptulus	vermiculus

[1] cf. H. Goelzer, o. c, p. 138.
[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 140.
[3] cf. H. Goelzer, o. c. p. 140.
[4] cf. H. Goelzer, o. c. p. 140.
[5] cf. H. Goelzer, o. c. pp. 157, 158.—C. Paucker, D. Lat. B. Hier. p. 55 sq.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
	cincinnatulus	religiosulus
	comatulus	sanctulus
	comptulus	spinosulus
	litteratulus	torosulus
	promptulus	

Cum igitur deminutiva apud Latinos sint linguae praesertim vulgaris, Ennodius quidem hac in re multo propius Hieronymo ad genus optimorum scriptorum accedit.

XVII. DE PARTICIPIIS ADIECTIVE USURPATIS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CONCLAMATUS.—94. 23: actionem paene conclamatam et valde difficilem. . . . percontatus est.—Sidon ap. M. G. H. 8. p. 25. 5.

CONSUMMATUS.—313. 14: consummati roboris viros principia viderunt timentes.—Quint. Inst. 2. 21. 24.—Sen. epist. 72. 6.

CRUSTATUS.—103. 25: crustati montis pericula non timere.

ELUCUBRATUS.—30. 16: adhibes ad invitandum me elucubrati sermonis inlecebram.

EXAMINATUS.—99. 30: quos . . . fides examinata iunxisset.

FABRICATUS.—(i. q. artificiosus, fictus: cf. Vog. Ind.) 5. 20: parum doctos fabricata latinitate.

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—C. Paucker, o. c. p. 55 sq.

GEMMATUS.—2. 16: cum colore distincta gemmato verni opibus prata ditescunt.

INDURATUS.—246. 13: indurata nitor mutare silentia.

INTERPOLATUS.—14. 15 (i. q. interruptus): ita ut sub coniunctione numquam interpolatae felicitatis incederes.

INELIMATUS.—173. 27: domnae meae Cynegiae epitaphium . . . inelimata velocitate conposui.

INELUCTATUS.—2. 36: ineluctati temporis . . . . adversitas.—cf. 53. 19: ineluctatae . . . . pondus propositionis. — Ineluctans legitur apud Pseud.-Fulg. Rusp.: cf. Pseud. - Fulg. Rusp. (Migne L. P. 65, 875 D.) Serm. XIII. De Exod. circa fin.: "sequitur hostis ille furiosus, poena ineluctante succensus."

MEMORATUS.—(i. q. supra dictus) 13. 19: de memoratis ordinibus.

PHALERATUS.—7. 34: non faleratus sermo, non inlecebrosa . . . et depicta fucis narratio.—Ter. Phorm. 3. 2. 15.—Faust. Reien. ap. C. S. E. XXI. p. 195. 11.

PUBLICATUS.—221. 1: nec reverentiam te exhibere Veneriae pollutione clamat publicata corruptio.—Tac. Ger. 19. 7.

VENENATUS.—12. 9: splendor vitae umbram venenatae oblocutionis excludit.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR :

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYNUM[1]
inelimatus	farinatus
	invittatus

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.

XVIII. DE ADIECTIVIS COMPOSITIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CONPLURIMUS.—85. 27: fulsisse eius cunabula superno lumine videre conplurimi.—cf. 88. 15: ut sentirent . . . conplurimi.—Paul. Oros. ap. C. S. E. V., I. 15. 8.—Jordan. ap. M. G. H. 5. p. 69. 7.—Aul. Gell. (ed. Hertz) 11. 1. 1.

INAUSPICATUS.—(i. q. inexpectatus) 14. 24: inauspicatis successibus.

INCONCUSSUS.—121. 7: quod in alium statum inconcussis migraverint fundamenta culminibus.—Plin. Paneg. 82. 10.—Sen. Vit. Beat. 3. 4.—Lact. Div. Inst. VI. 25. 14.—Cod. Theod. 12. 1. 141.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 54. 34.

INCONGRUUS.—49. 29: adversus synodum absolutionis incongruae.—Filastr. ap. C. S. E. XXXVIII. p. 129. 15.

INCONVULSUS.—264. 11: inter omnes homines inconvulsa amor radice subsistit.

INDEBITUS.—32. 16: quae (sc. munera) esse monstrabat indebita.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 90. 5.

INDEFESSUS.—22. 9: inportunitas mea, quae est indefessa.—Tac. Ann. 16. 22. 5.—Oros. ap. C. S. E. V., I. 21. 3.—Juvenc. ibid. XXIV., IV. 39.

INDEFICIENS.—235. 3: hoc peritiae mater indeficiens lectionis cura congessit.—Salvian. ap. C. S. E. VIII., de gub. Dei. II. 25.—Paul. Nol. ibid. XXIX. 310. 10.

INDESINENS.—101. 24: ubi caminis indesinentibus

fidei pyra succenditur.—Cypr. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 394. 13.—Vict. Vit. ibid. VII., II. 80.—Gassian. ibid. XIII., Conlat. III. 7. 3.

INDEVOTUS.—(ἅπ. εἰρ.) 206. 28: indevotae nationes. —Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. XIX. 3. 2.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 101. 32.

INDISCRETUS.—207. 35: indiscretum consilium.—Quint. Inst. 1. 2. 3.—Lact. Inst. Epit. 33 (38.) 3.

INDIVISUS.—(ἅπ. εἰρ.) 186. 21: benedicitur indivisa Trinitas Deus noster.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 8. 7.

INDONATUS.—93. 40: . . . nequaquam se indonatum putaret abscedere.—Lampr. Vit. Heliog. 28. 6.

INEFFICAX.—59. 15: quotiens vanis hiatibus nocendi inefficax morsus increpuit?—Sen. De Ira. 1. 3. 7; Id. De. Ben. 4. 4. 2.

INEMPTUS.—103. 2: inemptis dapibus mensae cumulabantur.—Tac. Hist. 2. 60. 16.

INEXHAUSTUS.—20. 22: laudes tuas . . . inexhausta praedicatione reserare.—Tac. Ger. 20. 6.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 97. 28.

INFABRICATUS.—(opp. artificiosus, callidus) 7. 4: si infabricata verba intra verecundum penetrale contineam.—Verg. A. IV. 400.—Aug. Serm. 117. 3.

INFECUNDUS.—65. 4: Infecundam frugibus . . . ubertatem.—cf. 298. 30 (translate): actionibus infecundus.—Sall. Jug. 17. 5.

INFRACTUS.—86. 30: vox sonora . . . nec infracta.—Symm. ap. M. G. H. 6. epist. I. 3.

INFRENIS.—30. 8: infrenis ambitus.—Aul. Gell. 1. 15. 17.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 51. 8.—Commod. ap. C. S. E. XV., Inst. II. 32. 7.

INFUCATUS.—(i. q. non fucatus) 19. 30: Christi

nostri libamina infucata simplicitate conplentur.— Hormisd. ap. Avit., M. G. H. 6. p. 70. 17.

INHONORUS.— (ἅπ. εἰρ.) 99. 14: inhonoris mentibus radix peregrinae . . . affectionis inseritur.— Orient. ap. C. S. E. XVI., carm. I. 70.— Ambros. de ob. Theod. orat. 54.

INIUSSUS,— 101. 27: iniussa plantaria campus adportat.— Hor. Sat. 1. 3. 3.

INMACULATUS.—133. 12: inmaculata fili diligentia. —Commod. ap. C. S. E. XV., Inst. I. 39. 9.— Salvian. ibid. VIII., III. 20.

INMEDITATUS.— 102. 8: . . . inmeditata et continua verba profunderem.— Apul. Met. II. 21.

INMENSUS.—i. q. insignis (cf. Vog. Ind.) 86. 26: vir inmensus.

INPASTUS.— 10. 40: ne ieiuna amicorum corda talibus ferculis inpasta moriantur.

INRATIONALIS.— Cuius aestimabitur esse mens illa feritatis, quae erga curam subolis posterior ab inrationabilibus invenitur?— Quint. Inst. 7. 3. 3.— Sen. epist. 113. 17.

INSALUTATUS.— (ἅπ. εἰρ.) 233. 3: ut proficiscentes insalutatum me . . . linqueretis.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 61. 24.

INSUFFICIENS.— 235. 8: vobis tamen insufficientes refero gratias.

MALESUADUS.— 24. 26: delenifica ergo et malesuada conpesce conloquia.— Plaut. Most. 56.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 108. 17.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 48. 5.— Paul. Pell. ibid. XVI., Euchar. 190.

METROPOLITANUS.—(ἅπ. εἰρ.) 89. 24: cum apud

ipsos sola pontifices metropolitanae iactantiae vocabula tuerentur. Leon. Mag. epist. 98. c. 4.—Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 23.—Cassiod. ap. M. G. H. 12, S, p. 447. 10. 22.

PERINMENSUS.—(ἅπ. εἰρ.) 96. 15: quem videbant erogare plurima, perinmensa suspicabantur abscondere.

PRAEFULGIDUS.—101. 22: modicae lucis radii praefulgida . . . luce fuscantur.—Juvenc. ap. C. S. E. XXIV., III. 330.

PRAEGRAVIDUS.—(ἅπ. εἰρ.) 187. 17: solum . . . aristis praegravidum.—Stat. Th. 6, 700.

PRIMAEVUS.—4. 23: tu aevo maturas et ad religiosum sudorem primaevus exsupera.—Paul. Nol. ap. C. S. E. XXIX. p. 88. 28.—Sedul. ibid. X. p. 7. 5.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 82. 1.

PRIMOGENITUS.—53. 1: et primogeniti canam dignitatem amiserit.—Commod. ap. C. S. E. carm. Apolog. 665.—Gelas. ibid. XXXV. p. 226. 10.—Avit. ap. M. G. H. 6. p. 106. 27.—Ambros. De Off. I. c. 50.

SALUTIFER.—3. 22: in vigorem salutiferum res contrita remeavit.—cf. 19. 24: salutiferae virginis filius.—Juvenc. ap. C. S. E. XXIV., IV. 365.—Caes. Arelat. Homil. X.

TURICREMUS.—19. 25: non enim hic turicremis Pancheus adoletur ignis altaribus.

UNIANIMIS.—(ἅπ εἰρ.) 89. 31: estote pacifici, estote unianimes.—Doroth. ad Hormisd., ap. C. S. E. XXXV. p. 497. 19.—Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 694. 16 et p. 754. 2 (cf. Bayard, Le Latin de Saint

Cyprien, p. 8.)—Grégoire De Tours, H. F. 2. 32. (cf. Bonnet, Le Latin de Grégoire De Tours, p. 373.)

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]	
perinmensus	commixticius	indolorius
	extramundanus	ineffectus
	imbenignus	inferax
	immaterialis	interminabilis
	impraeparatus	irreseratus
	improducibilis	perstultus
	inanimatus	praemordicus
	incapax	trinomius
	incaptus	trinominis
	incommonitus	——
	incontectus	magnisonus
	inconsutus	multinubus
	incontritus	——
	incorruptivus	longanimis
	indolens	quadriformis

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.

CAPUT TERTIUM.

DE VERBIS.

(A)—VERBA DENOMINATIVA.

I. DE VERBIS EX NOMINIBUS DERIVATIS.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

AUGMENTARE.—(ἅπ. εἰρ.) 300. 11: augmentandi roboris causam. . . . res suggeret.—Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 276. 7.

CULPARE.—178. 24: posses me, amice, de ignoratione culpare.—Quint. Inst. 8. 4. 23.—Suet. Caes. 72.

DOTARE.—289. 24: dotant facundiam res secundae.—Suet. Vesp. 14.—Symm. ap. M. G. H. 6. p. 277. 1.—Cassiod. ibid. 12. p. 157. 14.

FABULARI.—30. 19: vobiscum fabulari res est meriti veteris et novae felicitatis.—Plaut. Amphit. 1. 1. 144.—Ter. Phorm. 4. 3. 49.—Suet. Calig. 22.—Aul. Gell. 19. 13. 1.

FERIARI.—(i. q. desistere) 57. 20: a detestabili proposito. . . . feriari.—Macrob. Somn. Scrip. I. 7. 6.—Ambros. De. Off. II. c. 10.—Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 161. 7.

IMAGINATUS.—122. 4: ubi sunt sigilla numinum votis imaginata. . . . ?—Lact. Div. Inst. V. 17. 6.

LIMITARE.—95. 14: nostis in commune, quo sit dominiorum antiquitas limitata confinio.—Varr. De R. R. 2. 2. 1.

MAGISTRARE.— (ἅπ. εἰρ.) 213. 26: Rutilium et Manlium conperimus gladiatorium conflictum magistrante populis providentia contulisse. . . — Spart. Vit. Hadrian. c. 10.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., I. 49.

MARITARE.— 5. 14: praesegmina peregrinis maritata fomitibus.— Suet. Vesp. 14.— Columel. 8. 2. circa fin.

SEMINARE.— 15. 38: ante terram per scopulos opus est seminare quam germina.— Ambros. epist. VIII. 14 (786). — Gelas. ap. C. S. E. XXXV. p. 222. 23.— Simplic. Pap. ibid. p. 128. 7.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	follere
	fuliginatus

II. DE VERBIS EX ADIECTIVIS DERIVATIS.

α. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ACERBARE.— 192. 21: facessat a nobis, principes viri, argumentis acerbare conmissum.— Claud. rapt. Pros. 2. 208.—Val. Fl. 6. 655. cf. Thesaur. Lat. Ling. s. v.

AMOENARE.— 86. 40: pater . . . in omnibus eius actibus oculos amoenabat.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 15. 18.— Cyprian. ap. C. S. E. ed. Htl. p. 4. 1.— Salvian. de gub. Dei VII. 8.

ANGUSTARE.— 38. 5: nisi me in laudibus tuis

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15.—cf. C. Paucker, De Lat. B. Hier. p. 92.

domestica quidem relatio, sed per inperitiam sui pauper angustet. . . . — Aug. Serm. 128. 2.— Prosp. Expos. in Psl. 2.

CAPTIVARE.—118. 27 : . . . effera hominum corda domitrice adfectione captivat.— Commod. ap. C. S. E. XV. Carm. Apolog. 814.— Aug. Civ. Dei I. 1.— Vulg. Rom. 7. 23.

DECOLORARE.— 248. 12 : sub pio principe nulla militem decolorat abiectio.— Sen. Q. N. 2. 40. 6.— Suet. Aug. 4.— Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 83. 2.

DEVIARE.— 292. 16 : vix delinquit qui a natura et lege non deviat.— Macrob. Somn. Scip. 1. 22. 7.

DILUCIDARE.— 18. 5 : sic se equidem exercita litterarum gymnasiis palestra dilucidant.— cf. 125. 8 : precor ut quid promoveat in me desiderium tuum . . . dilucides.— Cassian. ap. C. S. E. XIII., Conlat. XVII. 12. 1.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 61. 34. — Vigil. Constitut. de trib. capit., ap. C. S. E. XXXV. p. 233. 11.

FECUNDARE.— 244. 8 : imbre soli facies maritata fecundatur.— Ruric. epist. I. 4. – Priscill. ap. C. S. E. XVIII. p. 67. 22.— Ambros. de excess. frat. Sat. II. 92.

FUSCARE.— 101. 23 : modicae lucis radii praefulgida. . . . luce fuscantur.

HUMILIARE.— 98. 34 : reficiebat blanditiis, humiliabat adloquio.— Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 20. 8.— Ambros. epist. II. 22 (759).

INCESTARE.— 55. 3 : quod per ministerium iussionis et manus alienae incestaret aspectum . . . — Suet. Tib. 43.— Tac. Ann. 6. 19.— Cod. Theod. 7. 1. 13.

INQUIETARE.— 96. 7: animos inquietat.— Quint. Inst. 11. 3. 80.— Sen. Vit. Beat. 12. 1.— Plin. Ep. I. 9. 5. — Suet. Ner. 34. 7.

INTIMARE.— 32. 2: ista sublimitati tuae coram positus intimavi.— Vict. Vit. ap. C. S. E. VII., II. 48.

IEIUNARE.— 289. 26: in qualibet verborum saturitate paginae . . . ieiunant.— Tert. De Ieiun. 3.— Ambros. De Off. III. c. 2.

MELIORARE.— 94. 22: de negotii aestimatione confidens agendi speciem melioraturus inquirit.— cf. 227. 6.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 35. 29.— Id. Complex. in Epist. Apost., In epist. I. Corinth. n. 28., XV. 39.— Sacrament. Gelas. c. 93.

PRAESENTARE.— 74. 3: salutationis obsequia praesentans.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 94. 3.

PROXIMARE.— (ἅπ. εἰρ.) 103. 1: concurrebat omnis aetas et sexus. . . . ardor animi proximabat. — Apul. Met. 9. 189.— Cassiod. ap. M. G. H. 12. p. 287. 13.

SEQUESTRARE.— 40. 12: non est licita veri diligentia sequestrata quam depingunt verba formido. Sidon. ap. M. G. H. 8. p. 4. 7.— Cassiod. ibid. 12. p. 12. 18.— Ambros. De Off. III. c. 19.

SUBLIMARE.— 92. 10: supernae namque dominationis instar possidet, qui imperium suum pietate sublimat.— Apul. Met. 1. 6.— Avit. ap. M. G. H. 6. p. 14. 2.

TRIPLICARE.— (ἅπ. εἰρ.) 107. 36: fenus sine crimine fit triplicatum.— Macrob. Somn. Scip. 1. 20. 16.— Cod. Theod. 7. 13. 8.— Sedul. carm. I. 298.—

Avit. ap. M. G. H. 6. p. 146. 29.— Vulg. Ezech. 21. 14.

VACUARE.— 104. 30 : vacua sentibus illam quam bene nosti Liguriam.— Aurel. Vict. Epit. 43.— Columel. 3. 13. 10.

VENUSTARE.— (ἅπ. εἰρ.) 7. 22 : si non magistra politione venustetur, nihil ei prodest sublimitas.— Ambros. Hexaem. I. c. 7, n. 27.— Jul. Pomer. De Vit. Contemp. lib. I. c. XXIV.

VERNARE.— 2. 3: libet . . . cum anni renascentis infantia florulenta . . . dictione vernare.

VIDUARE.— 78. 10 : amomi flosculus aut messis casiae per depraedationem lascivi pollicis radice viduantur.— Oros ap. C. S. E. V., III. 12. 3.— Commod. ibid. XV., carm. Apolog. 977.— Priscill. ibid. XVIII. p. 43. 13.

β. QUAE PRIMUM LEGUNTUR:

APUD ENNODIUM	APUD HIERONYMUM[1]
	pronubans

Hoc loco igitur notetur oportet quod adserit satisque exponit H. Goelzer de verbis -idare finitis : "les verbes en -idare sont plus nombreux dans les bas temps qu'à la bonne époque de la langue."[2] Apud Hieronymum quidem dilucidare et sordidare (Goelzer, o. c. pp. 172, 173) leguntur ; apud Ennodium autem dilucidare tantum citari potest.

---

[1] cf. H. Goelzer, o. c. p. 15,—C. Paucker, o. c. p. 92.
[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 174.

(B)—VERBA INTENSIVA.

I. DE VERBIS *-TARE* (*-SARE*) ET *-ITARE* FINITIS.

Iamiam pervenimus ad ea verba quae frequentativa, intensiva vel etiam iterativa appellari solent. Quae vero apud Latinos ad sermonem vulgarem magna ex parte pertinent.[1] Ad rem igitur potissimum spectat ut Hieronymi usus hac in re proferatur. "Non seulement", animadvertit Goelzer,[2] "on doit à saint Jérôme cinq nouveaux fréquentatifs, aversare, complexans, distentare, exclamitare, vescitari; mais, quand on lit ses ouvrages, on est frappé du nombre considérable de formes semblables qu'il emploie, et dans la quantité il y en a qui n'étaient pas très usitées en latin. Il faut voir dans ce fait l'influence de la langue vulgaire dans laquelle les fréquentatifs remplacent très souvent les verbes simples". Idem autem de Ennodio minime dici potest, ut infra apparebit.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

CREPITARE.—110. 31: frondibus in rubo crepitantibus.—Plaut. Rud. 2. 6. 52.

CURSITARE.—100. 4: per tramitem. . . . cursitantem (sc. Laurentium).—Ter. Eun. 2. 2. 47.—Suet. Tib. 38.—Oros. Hist. 1. 10. 11.

---

[1] cf. Lorenz, Ausgewaehl. Komoed. T. M. Plautus (Berlin, 1883), Einleitung zum Pseud., p. 58, not. 48.—cf. Woelfflin, Arch. f. Lat. Lex. IV. pp. 205, 206, 207 sq.—cf. Lindsay, Lat. Lang. ch. VIII. 31 p. 482.—cf. Cooper, Word Formation in The Roman Sermo Plebeius, p. 210 et p. 225.—cf. A. J. P. vol. 9 (1888) p. 504.

[2] cf. H. Goelzer, o. c. p. 176.

INPLICITARE.—(ἅπ εἰρ.) 107. 41: licet nos inmanium expensarum inplicitet.[1] Inplicitet, Harteli coniectura (Htl. Ind. s. v. inlicitare), mihi omnino arridet: primum quod sensu desideratur; deinde quia vitii in codicibus rationem optime reddit;[2] postremo quoniam est verbum usu receptum.—cf. Plin. (ed. H. Keil) Epist. IX. 33. 5: "orbes inplicitat expeditque."—cf. Dracont. Carm. de Deo II. 293 (Migne, L. P. 60, 794).—cf. Venant. Fortun. Carm. V. 5, Praef.: (2) "praeceptis vestris, licet inpliciter expeditis. . . ."

MUSSITARE.—(ἅπ. εἰρ.) 108. 27: stabant mussitantes et adtoniti populi.—Plaut. Mil. Glor. 2. 5. 67.—Claud. Mamert. ap. C. S. E. XI. p. 23. 7.

TAXARE.—71. 21: unum rogo, ut pro modulo meo rescripta taxentur.

(C)—VERBA INCHOATIVA.

I. DE VERBIS *-SCERE* FINITIS.

Iamvero nobis est tractandum de iis verbis quae inchoativa nuncupantur, quaeque apud Latinos tempore praesertim novissimo abundant.

a. QUAE AB USU OPTIMORUM SCRIPTORUM RECEDUNT:

ADPARESCERE.—(ἅπ. εἰρ.) 244. 19: qui maximus adparescit in foribus.—Vulg. IV. Esdr. 7. 26.

---

[1] Inlecitet B, Inlicitet ceteri codices.

[2] cf. Vogeli Edit. Ennod. p. 347 sub tit. :p inter duas consonantes omissum. Citantur quidem absortum, contemtor, redemtor, depromsit, praesumtio. Est porro notandum in omnibus fere vocabulis citatis p post litteram m esse omissum. Nihil igitur impedit quin (implicitet) inplicitet vera sit lectio.

AEGRESCERE.— 37. 20: studio curationis qui medetur aegrescit.— Tac. Ann. 15. 25. fin.

ARDESCERE.— 40. 6: de sermonum vestrorum flumine pectus ardescit.— Tac. Hist. V. 18. 1.

DITESCERE.— 2. 16: verni opibus prata ditescunt.

ELUCESCERE.— (ἅπ. εἰρ.) 206, 5: ne Romanae fax curiae diu in umbram coacta tardius elucescat.— Cassiod. ap. M. G. 12. p. 374. 18.

FATISCERE.— 188. 9: nunquam ille cibum sumpsit nisi fatiscente corpusculo.— Paul. Nol. ap. C. S. E. XXX. carm. XX. 186.— Commod. ibid. XV. Carm. Apolog. 898.

GRANDESCERE.— 313. 13: usu enim virtus nutrita grandescit.

